recepti fecunditate. quia sicut corpus ⁊ animā a deo recepe/rat tanq̄ duo talenta sic ipsa deo multiplicata reddidit. q̄r ſm Augu. in libro de sancta virginitate. Beatior fuit ma/ria percipiendo fidē xp̄i q̄ cō cipiendo carnē xp̄i. quia ma/terna ꝓpinquitas nihil marie ꝓfuisset nisi felicius corde q̄ carne xp̄m gestasset. Sed vir/gines illūminauit mundicie pu ritate. quia cum malivolā ani mam diuina sapientia intra/re non possit nec habitare in corde subdito peccatis. vt ha beatur Sap̄. ix. beata virgo q̄ dei sapientiam recipere debe/bat ⁊ cum ipsa psonaliter ha/bitare mūda esse debebat cor/poris castitate sensuū integri/tate ⁊ anime sinceritate. dato q̄ in his tribus in quibus cō sistit vera virginitas virgines omnes possunt per virginem mariā illūinari ⁊ possūt ipsaz imitari. Est tamen aliud in ea in quo eius lumen recipere nō valēt. quia ipsa simul fuit vir go ⁊ mater. Ergo virgo san/ctissima nominata est maria. id est illuminatrix. quia illu/minauit apostolos euangeli/ce doctrine veritate. martyres fidei catholice firmitate. Et cō fessores recepti talenti fecūdi/tate. Et virgines mūdicie pu/ritate. Ut de ipsa intelligatur quod scribit Eccle. xxiiij. Ego feci in celis. id est in omnibus sanctis vt oriretur eis lumē in deficiens. Beata scilicet v̄go quantum ad eius vniuersalē illuminationem. Et sicut ne/bula texit omnē carnem. id est omnia carnalia vicia. quauīs ad eius sanctam conuersatio/nem.

D tertium est dicendū q̄ nautica stella q̄ vul/gariter transmontana vocatur ad quatuor videtur nauigan tibus deseruire p̄ mare aqueū

Primo ad port⁹ oīsionē

Secundo ad ventorum ⁊ tempestatum cognitionem

Tertio ad temporis ⁊ ho rarum distinctionem

Quarto tenebraruz expul sionem. Sequitur enim talis stella semper per polum. licet enim directe in polo non cre/datur esse aliqua stella multū tamen predicta stella est pro/pinqua superiori polo. vnde visa tali stella statim naute sci

unt in qua parte sūt ⁊ ad quē portum debeant dedínare. ⁊ quia super polos mūdi quos sequitur talis stella mouet vltimum mobile ab oriēte in occidens ⁊ deinde ab occidente in oriens. Cum ventos naturales naute appellant leuantem ⁊ ponentem ipsi possunt visa tali stella cognoscere vnde ortum habēt venti fluctuationes maris. Et quia per diuisionem talis motus fit diuisio inter diem ⁊ noctem. ideo visa tali stella possūt scire quātum sunt ꝓpe diem vel distātes. Apparente similiter tali stella securi sunt tenebras esse effugatas.

Possumus ergo dicere ꝙ beata virgo merito est dicta stella maris. quia nauiganti/bus per hoc seculuz tanꝙ per mare ꝓcellosum ⁊ tempestuosum ista quatuor auxilia confert.

Primo portus ostensionē quia portus nostre salutis est xp̄s. via vero perducés ⁊ portās nos ad hunc portū est beata virgo. Unde super illo verbo Isa. xxx. Hec via ambulate in ea ⁊ nō declinetis ad dexteram neqz ad sinistram dicit glosa. ꝙ sicut nullus vadit ad terminum nisi portetur per rectam viaz sic nullus vadit ad xp̄m nisi portetur per matrem xp̄i que ipsum portauit

Secundo ventoruz ⁊ tempestatum. Nam ex qua parte vel causa nobis proueniāt tēptates ⁊ temptationes seu tribulatiōes vtrum ꝓpter patientie ꝓbationem vel peccatorum correctionem aut diuine glorie ostensionem per nullum possumus scire nisi p virginem que in dubijs nos certificat ⁊ iuuat postqz certificauerit Unde dicit Bernard⁹ super Missus est. Si venti tēptationuz nos insurgunt. Si Iracundia. auaricia. luxuria. vel tristicia nauiculam tuam concutiant respice ad Mariā ⁊ in angustijs ⁊ rebus dubijs Mariam cogita mariam inuoca. Non recedat ab ore nec a corde. Et vt impetres eius orationis subsidium non deseras eius conuersationis exemplum. Dum ipsa tenente (non corruis. Ipsa pro/

Rē Tentationes

Maria

tegente non metuis. ipsa duce non fatigaris. ipsaz sequens non erras. z sic in teipso experieris quantū merito dictū sit nomē virginis Maria. Tertio confert temporis z horaz distinctionem. Ante nanqz ortum virginis z anteqz oriretur ipsa stella non poteramus videre sed semp eramus in nocte. Sed orta ista stella statim sciuimus esse ppe diem. vnde de ipsa exponit Augu. illud psal. Hec dies quam fecit dominus exultemus ꝛc. Quarto ofert tenebrarū expulsionē. quia cū non sit conuentio lucis a tenebris statim tali stella illustrante cor z mentē nostrā peccatorum tenebre effugant vnō de istis duobus auxiliis que ista stella nobis cōfert dicit apo. Ro. xiij. Nox precessit dies autem appropinquauit abiciamus ergo opa tenebrarum z induamur arma lucis.

Signanter ergo beata virgo est maria. id est maris stella. vt de ortu istius stelle intelligat illud qđ scribit hester. v. Judeis aūt noua stella oriri visa est. quantū ad eius ortuz generosū gaudiū honor z tripudiū apud omēs populos. quantū ad ei⁹ fructū gaudio / sum.

D quartā est dicendū qz Hieron. in sermone d assumptione banc dubitationē determinat dicēs qz beata virgo fuit amaz mare pluscz aliqs martyr amaritudine doloris z afflictionis patiendo. quod tripliciter probat.

Prio ppter filij pditionē.

Scdo ppter ei⁹ passionē.

Tertio ppter eius ascēsionis abstērationē. Dicit. n. Luij. qz virgo sanctissima z prudentissima in tēplo filio dño nostro in medio doctoz dicit fili quid feciſti nobis. sic ego z pater tuus dolentes querebam⁹ te. Sup quib⁹ vbis dicit Hug. qz bñ sciebat prudens vgo Joseph patrē xpi nō fuisse. sud ne aliqua suspitio posset in cordib⁹ iudeorū suboriri patrē eū nominauit. nec filiū pditū dubitauit cum firmiter sciret eū esse dñm vel deū. Cur ergo doluit dicens. dolentes querebam⁹ ꝛc. z respondit qz vehemēter doluit. quia vehemēter amauit. z pl⁹ doluit de eius amissiōe qz aliquis martyr dolorē sentiat d anime z corpis separatione.

Primo quia materniſ affecta viſceribus cum lamentis dolorosam inquiſitionem faciebat. Non em̄ fides qua ſciebat eum eſſe deuz tollebat ab ea veram maternam affectionem. Secundo quia dubitauit ne ad celos rediſſet vnde venerat. ex quo oporteret ipſā eius preſentia c̄arere. Tertio quia dubitauit ne ab herode inuentus fuiſſz qui in eiꝰ puericia eum ad perdendum quesierat. Ergo ꝛ ꝓpter maternā affectionem ꝛ ꝓpter eius abſentiam ꝛ ꝓpter herodis perditionē beata virgo fuit amarum mare in filij perditione.

Secundo fuit amarum mare in eius paſſione. Nam ſup illo verbo Luce. ij. Tuā ipſius animam pertranſibit gladius dicit Origenes. ꝙ nulla hiſtoria dicit beatam virginem gladij occaſione migraſſe preſertim cum non anima ſed corpus ſoleat ferro occidi ſiue interfici. Unde reſtat intelligi gladium dominice paſſionis animaz eius pertranſiſſe que ꝛ ſi chriſtum vtpote dei filium nō dubitaret ſua volantate moriturum ꝛ ſua potētia ipſā mortem victurum. ex ſua tamē carne procreatum non ſine dolore affectu potuit videre crucifigi. ymmo iſte dolor vt dicit Hieron̄y. exceſſit dolores omnium martyrū triplicater. Primo quia in ea parte paſſa eſt que impaſſibilis eſt. vt in anima. alij autem ſancti ſolum in corpore paſſi ſunt Ideo attrocius paſſa ē gladio ꝙ aliquis martyrum. Secūdo quia plꝰ ꝙ aliquis martyr dilexit ac p hoc plus doluit. Tertio quia paſſionem filij omnino ſuam paſſiōem fecit. Fuit igit̄ amarum amare in filij paſſione.

Tertio fuit amarum mare in filij aſcenſiōe. dicit enim Hieron̄y. Penſate fratreſ quibus intemerata virgo afficiebatur doloribus poſt chriſti i celos aſcenſuz expletis illis que de chriſto erant ab angelis predicata a ꝓphetis p̄figurata virtutibus ꝛ miraculis dedarata. Et ſubdit. puto ꝙ quicq̄d cordis eſt quicquid mentis ꝛ quicquid virtutis bū̄ane adhibeas non ſufficiet cogitare quanto cremabitur deſiderio puri amoris preſētia filij gaudere abſētia vero triſtari. maxime cum iam nihil eſſet in ea mundani effectus quod vitā

Passio Dominus

eius delectare possz mori igit
sibi erat in desiderio z viuere
in languore. Recte ergo virgo
sanctissima nomiata est Ma
ria. id é amarū mare. z ꝓpter
filij ꝓditionem. z ꝓpter eius
passionē. z ꝓpter eius ascēsus
in celos absentationē. vt vere
ipsa posset dicere qđ scribitur
Ruth. i. Nolite me vocare no
emi. id est pulcrā ꝓpter affluē
tiam ꝯsolationis. sed vocate
me marath. id est amarā quia
amaritudine repleuit me om
nipotens ꝓpter abundantiā
doloris z passionis.

Ꝺ quintā est dicendū ꝙ
syra lingua maria inter
pretat dña possum⁹ ergo di
cere ꝙ beata virgo ratione no
minanda est dña ꝓpter tria.
Primo ꝓpter filij dignitatē.
ipsa. n. meruit generare dñm
celi z terre. Vñ z ipsa dña bo
minū z angelox dicenda est.
quia priuilegio viri z sponsi
sponsa gaudere debet. Vñ in
principio digestox dicit ꝙ au
gustus legibus subiect⁹ nō est
augusta vero subiecta est cū re
uerētia z dignitate augusti le
gibus subijcienda nō est. ipsa
aūt virgo bñdicta spōsa z ma
ter Impatoris z eterni regis ē
ideo dña vł omniū est appel
lāda. Scḋo ꝓpter peccati im
munitatē. Nā cū faciens pec
catū dicente apo. sit seru⁹ pec
cati sicut nullus hoīm fuit nec
erit imunis ab omni seruitute
Sola aūt virgo maria ex toto
fuit imunis ab omni peccato
ac ꝓ hoc ex toto dña appellā
da est. Tertiō ꝓpter ꝓgenito
rum nobilitatē z libertatē. qz
ex nobilib⁹ ꝓgenitorib⁹ est ortā
ta z tribu nobilissima ꝓcessit.
z ex semine patriarchax. Vñ
cātat ecclesia de ipsa ꝙ fuit ex
semine Abrahe orta de tribu
iuda z data ex stirpe Dauid.
ex regali. n. progenie Dauitica
orta refulsit. Verito ergo no
minata est maria syro sermōe
dña. z ꝓpter filij dignitatē z
ꝓpter peccati imunitatē z ꝓ
pter progenitorū nobilitatez
vt recte cuilibet homini seruo
peccati ꝙueniat illud qđ scri
bitur Gen. xvi. Reuertere ad
dñam tuā. id est ad beatā ma
riam ꝑ peccatox ꝓritionem.
z humiliare sub manu eius ꝑ
ei⁹ misericordie implorationē

Et ingressus.

angelus ad eam dixit.

Ostꝫ euangelista po/
suit pſone salutantis cō
ditionem ⁊ loci in quo facta ē
salutatio notificationē. necnō
pſone salutate dignā nomina
tionē. In parte ista vt supra
dicebat euāgelista ponit ipsi
us salutatiōis ⁊ formatiōis ex
pressionē. Et primo ponit an
geli ad virginē ingressio. Se
cundo vero ponit eius saluta
tio. cū dicit. Aue gratia plena
Ad intellectuz aūt prime par
tis est sciendus ꝙ antiquitus
valde erat magnum ꝙ angeli
apparerēt hominibus ⁊ ꝙ in
grederentur ad locum cū eis.
Et ad magnam laudez homi
nes eis reputabant ꝙ ange/
lis possent reuerentiam impē
dere Unde in maximā ipsius
laudem Abrahe recitat Gen.
xviij. ꝙ angelos hospicio re/
cepit eos adorando ꝓnus in
terra pedes lauando ⁊ reuerē
tiam eis exhibendo. Sed ꝙ
ipsi reuerentiam facerent ho/
minibus nunꝙ est auditū nisi
postꝙ beatam virginem salu
tauit. Nec ipsi postmodū pas
si sunt reuerentiam consuetaz
ab hominibus vel mulierib?
deinceps recipere. Unde apo
calip. vltimo scribitur. ꝙ cum

Iohānes cecidisset ad pedes
angeli qui sibi futura misteria
reuelabat. vt eum adorare ⁊
reuerentiam pristinaz exhibe
ret non permisit angelus. sed
ait. vide ne feceris conseruus
enim sum tui ⁊ fratrum tuoꝝ.

Ingressus ergo fuit ange/
lus ad virginem cum magna
reuerentia quando eam salu/
tauit ⁊ quando dixit. Aue gra
tia plena dominus tecum. Et
benedicta tu in mulieribus ⁊
benedictus fructus vētris tui

Circa eius ingressum pri/
mo quasi in quodam exor/
dio querende sunt quinqꝫ du
bitationes.

Prima vtrum in angelica
salutatione sex verba solum
contineantur.

Secunda vtrum angelus
in forma hominis virginem
salutauerit.

Tertia vtruz angelus per
hostium clausum ad virginez
intrauerit.

Quarta vtrum corpus in
quo angelus virgini appa/
ruit fuerit verum corpus ho/
minis.

Quinto vtrum illud cor/
pus fuerit formatum de igne
vel de aere.

a. Angeli hospitio hominū

D primam est dicendu3
q3 m beatum Augusti.
Opus nostre redemptionis
iniciatum est per angelicā sa/
lutationem Illa autē que fue
runt in nostra redemptiōe de/
bent correspondere illis q̄ fue
runt in mundi creatione. quia
cum omnia facta sunt propter
hominem. 7 nihil 3m Greg.
nobis nasci 3fuit nisi redimi
3fuisset. 3portionaliter opa
redemptionis opibus creatio
nis correspondere debent

Opus autez creatiōis sex
verbis 7 sex diebus factuz est
Nam in septimo die nullum
opus deus fecit. sed requieuit
sicut legimus ab oī opere suo
Uerum est q3 creatio celi 7 ter
re facta est ante omnem diem
7 ante omne tempus. quia tē/
pus cuius pres sunt dies mē
ses 7 anni vnum de quatuor
coeuis ponitur. Nam celū em
pireum. natura angelica. ma/
teria prima. 7 tp̄us. ponuntur
esse simul creata. vnde creatio
istorum nō in die sed ante diē
facta est. In primo igitur die
7 primo verbo facta est lucis
productio 7 eius a tenebris di
uisio. In secundo vero die 7
secundo verbo. Fiat. factū est
firmamentum 7 aquarum su/
periorum ab inferioribus se/
paratio. Tertio autem die et
tertio verbo Fiat facta est ter
re demōstratio 7 omniū aqua
rum in locum vnum cōgrega/
tio. Quarto vero die 7 quar/
to verbo Fiat facta est lumia
riuz in celo positio 7 situatio.
Quinto vero die 7 q̄nto ver/
bo facta est herbarum germi/
natio 7 omnium animaliū ex
se inuicem 3pagatio. Sexto
autem die 7 sexto verbo Fiat
facta est hominis formatio.
Sicut ergo sex dieb? 7 sex ver
bis factum est opus creatiōis
Ita decens erat q3 sex verbis
fieret opus nostre redemptio/
nis. Nam per primum dictū
quod dicitur. Aue vel Salue
intelligitur virginis tanq3 lu/
cis productio. 7 eius ab Eua
tanq3 a tenebris diuisio. Si/
cut enim Aue sonat saluatio/
nem 7 benedictionem. sic eua
int̄pratur ve aut calamitas.
7 sonat tristiciaz 7 maledictio
nem. Unde dicit Aug. q3 ma
ledictio eue mutatur in bene/
dictionem Marie. Cum em
dicitur Aue 7 pro inobedien
tia eius. obedientia mutatur.
fides p perfidia compēsatur.

Quatuor coeua.

1° Die.

2° Die.

3° Die

4° Die.

5° Die.

6 Die

Eua

Eua Calamitas.

Quia Eua mater nostri gene
ris penam intulit mūdo Aue
aūt genitrix domini nostri sa/
lutem attulit mundo. Dec igi
tur fuit mutatō ⁊ diuisio derte
re excelsi. Per secundum vero
dictum positum in salutatiōe
quod dicitur Maria intelli/
gitur firmamenti institutio ⁊
aquarum ab aquis separatio
Nam maria fuit fundamentū
omnium sanctorum. Et p ipsā
solam facta est diuisio aquarū
ab aquis. Quia ante institu/
tionem istius fundamenti om
nes erāt cōmixti nube depres
sa peccatorum boni ⁊ mali ⁊ sal
uandi ⁊ damnandi fideles ⁊
infideles. eo q̄ null⁹ poterat
apparere saluandus cum om
nes damnarentur. p mariā
ergo facta est tanq̄ firma/
mentū separatio aquarum supe
riorum ab inferioribus. Per
tertium vero dictū scilicet gra
tia plena intelligit aq̄ congrega
tio quia ideo virgo bta fuit gra
tia plena Quia omnes aque
⁊ omnes virtutes fuerūt in ea
congregate. Omnes n. aque
⁊ omnes virtutes patriarcha
rum ⁊ ꝓphetarum ⁊ omnū pa/
trum veteris testamēti in vnū
locum. s. in vtero virginali fue
runt congregate. ⁊ tunc appa
ruit arida. Quia ad litteram
virgo sanctissima fecūdata ta
libus aquis apparuit esse ter/
ra illa que dedit fructum suum
Per quartum vero dictum. s.
Dñs tecum. intelligitur lumi/
narium ꝓductio. Fuit enim
dominus cum virgine per duo
luminaria. luminare min⁹ si/
cut luna quantū ad humani/
tatem ⁊ luminare maius sicut
sol quantum ad diuinitatem.
quia xp̄s ſm veram deitatem
⁊ ſm veram hūanitatem que
duo luminaria intelliguntur
fuit personaliter in vtero vir/
ginis. Per quintum aūt dictū.
scz. Benedicta tu in mulieri/
bus. intelligitur volatiliū ani
maliū ex se inuicez ꝓpagatio
Ex hoc em̄ virgo sanctissima
ſm Aug. fuit benedicta inter
omnes mulieres. quia dei ge
nitricis dignitatem obtinuit.
⁊ virginalem pudicitiam non
amisit. Per hanc ergo bene/
dictionem virginis omnes in
ceperunt seipsos generare Et
ꝓpagare spiritualiter. quia p
ipsam accepimus potestatem
filios dei fieri. Ante. n. istam
salutationem nulla erat gene
ratio spiritualis. sed soluz car

Sextum x

fructus +

nalis. Sed data virgini ista benedictione baptismus iam incepit nunciari p quez homines seipsos spiritualiter generant. Sed per secūdum dictū scilicet. Benedict? ventris tui Intelligit hominis xpi in vtero virginali formatio que fuit fructus benedict?. in quo benedicte sunt omnes gentes terre sicut dictum est Abrae. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Tunc ergo perfecti sunt celi z terra z omnes ornatus eorum. Sex igitur verbis peractis in angelica salutatione facta est humani generis redemptio. sicut sex verbis in sex diebus facta est totius mundi creatio. Quia aue correspondet lucis productioni. maria. firmamenti institutiōi vel fundationi. Gratia plena aquarum congregationi. Dominus tecum luminarium positioni. Benedicta tu in mulieribus. rerum ppagationi. Et benedictus fructus vētris tui hominis formationi. Verū est q̄ omnia ista sex verba non expressit angelus quando virginem salutauit. quia nō posuit maria in salutationis principio. quod ideo fuit. quia non

Sex ista Salutationis.

dum angelus familiari locutione nominauit ipsam dicēs Ne timeas maria. itaq; nos non sumus consueti nominare personaz nisi iam sibi familiares facti. Maria ergo positum est in salutatione angelica per ecclesiam. similiter vltima dictio. Benedictus fruct? ventris tui. posita est per Delisabeth matrem Johannis baptiste. Sz quia spūs reuelatione existis sex verbis. salutatio est integrata. patet q̄ sex verba in salutatione ista angelica continentur de quoz quolibet auxiliante deo faciemus vnam lectionem.

Dsecūdam est dicendū q̄ cōmuniter doctores dicunt in forma hominis angeluz virgini apparuisse. Nā Augustinus loquens in persona virginis dicit. Venit ad me Gabriel archangelus facie nitens vestis coruscans incessu mirabilis. Decidē dem. super Missus est. Et Dieronymus in sermone de assumptione. Possumus autem dicere q̄ multum rationabiliter factum sit vt in forma hominis angelus virginem saluta

ret propter quatuor.

Primo propter dei filium a quo angelus mittebat. missio nāq; ministri debet esse cō formis domino mittēti. Sed dei filius qui est nature invisibilis formam hominis visibilem veniebat accipere siue assumere ⁊ visibiliter in humana specie conuersari cum hominibus. iuxta illud Baruch iij. Post hec in terris visus est ⁊ cum hominibus conuersat⁹ est. Ergo angelus minister ei⁹ in tali forma eius aduentū debuit nunciare.

Secundo propter hominem ad quem salutandū mittebatur. Nam quia ꝓpter hominem diabolus non veniebat salutare sed perdere nō instruere sed decipere. ideo in ea forma pmissū est ei apparere. que pditioni ⁊ deceptiōi conueniebat puta in forma serpētis Sed qz angelus hominē pditū ꝓ dei filiū saluandū ⁊ redimendū nunciare veniebat/ cōgrue i forma ꝓ quā saluādus erat apparere debebat.

Tertio ꝓpter virginez ad quā salutandā mittebat. Nā debebat virgo concipere xp̄m mente ꝓ fidei illuminationez Et ventre per eius corporis sui benedicto sanguine formationem. Ideo congruum erat vt interius in mente intellectuali visione angeli illuminaretur. Quod factum fuerat ante pluribus vicib⁹. Quia secundum Hieronymum crebris visitationibus angelicis virgo fuerat visitata. Et ꝙ exterius per corporis sensus corporali visione angeli letificaretur quando erat dei filium corporaliter conceptura.

Quarto propter certitudinem rei que nunciabatur. Nā inter omnes sensus visus est certior. Dicitur enim. i. metha. ꝙ hic sensus scilicet visus maxime nos cognoscere facit. Et multas rerum differentias nobis demōstrat. Unde apostoli christum corporalib⁹ sensibus videntes dicebant post modum. Non possumus que audiuimus ⁊ vidimus nō loqui. Et Johannes in sua canonica ait. Quod vidimus ⁊ audiuimus nō loqui ⁊ manus nostre pertractauerunt de verbo vite annūciam⁹ vobis

Beata igitur Maria vtpote natura ⁊ naturalis atq; corporalis mater xp̄i certificāda erat de eius conceptione parturitione ⁊ nutritiōe .quia verum corpus non imaginariū ex ipsa dei filius erat assūptus vnde congruum erat q̄ invisibili ⁊ corporali specie hominis ipsam salutaret.

D tertiam est dicendum q̄ sicut dicit Bern. supmissus est. Hostium clausum tenebat virgo q̄i angelus eā salutauit. Et hoc vt ait conueniebat angelo salutanti ⁊ virgini salutate. Nam angelus sic virgini apparebat vt monstraret se esse angelum nō hominem. Si autem p hostium apertum intrasset cum in forma bōis sibi appareret non monstrasset se esse angelū nec virginem in admirationez ac stuporem duxisset. quia p hostium apertum ita potest intrare homo. ⁊ tamē angelus hoc intendebat. i. se angelum demonstrare ⁊ virginez in admirationez ducere. Unde super illo verbo Ne timeas Maria dicit Bern. Ne inquit timeas quia non sum homo sed angelus. homo nanq; ad te p hostium clausum intrare non potest. sed mihi parietes non obsistunt qui subtilitate mee nature omnia penetrare possum Et si queratur an angelus cuz corpore assumpto per hostiuz clausum intrauerit magis est credibile q̄ postq̄ intrauit corpus illud formauit. Quia sicut subito angelus potest corpus assumptum deponere ita subito potest ipsum formare. nam cùm corpus illud dimensionatum ⁊ spissatum fuerit ⁊ tāgibile sine miraculo fieri nō potuisset. q̄ dimensiones dimensionibus non resistissent. vel restitissent. postq̄ ergo intrauit corpus illud formauit. ⁊ peracta salutatione subito deposuit. vel potest dici q̄ anteq̄ intraret formauit tale corpus. quia cuz corporalis substantia obediat angelo ad nutum in potestate sua est vt corpus in quo apparet cedat aliter vel non cedat sicut placet. vel miraculo hoc potuit fieri. quia vt scribitur Act. v. Apostolis qui habebant vera corpora exiuibus in carcere clauso angelus apparuit dicens. Ite cōstanter loquamini in templo ꝟba vite qui carcere clau-

so existente exiuerunt ac si fuisset apertuz. Cuius signū fuit quia ministri iudeorum dixerunt clausum inuenimus carcerem cum oī diligentia ipsos vero non inuenimus. Conueniebat similiter hoc virgini salutare. quia vt dicit Bernard? In ꝓposito quidez virginis erat semper hominez fugere? frequentissima vitare colloq̄a Et munus sibi esse sola videbatur quando sola non erat? hoc ne orantis silentium ꝓturbaretur. aut ne continentis castitas temptaret potissime illa hora, Tamen vt ait. superse habitaculum clauserat vt nulli alteri nisi sibi soli icarnationis sacramentum panderetur Legimus etiaz in laudē ipsi? sancte vidue Judith ꝙ in superiore parte domus strictum sibi habitaculum fecerat? ibi clausa manebat orationis tē pore. Et ꝙ in laudē cuiuscūq; mulieris inuenitur scriptū virgini gloriose non est subtrabēdum. Ergo clausam? orantē angelus virginem inuenit cū eam salutauit. Et sic conuenie bat? angelo salutanti? virgini salutare.

Ꝺ quartam est dicendū ꝙ corpus in quo angelus apparuit virgini? vniuersaliter omne corpus humanū in quo ag̃elus appareat boīb? non fuit verus corpus hominis. quod tribus rationibus ostendimr.

Primo quia verum corp? hominis angelus non potest formare.

Secundo quia verum corpus hom̄is angelus non potest animare

Tertio quia verus corpus hominis tam cito? subito nō posset transformare.

Habet enim corpus hominis determinatum modū formandi. quia determinatū locum vt matricem femininem? determinatuz agens. quia nō generat hominez nisi sol? homo. vt habetur. ij. Phisicoꝝ. Unde angelus qui non potest ducere in productione rei? formatione nisi adhibendo semina. vt Augustinus de tri. Uerum corpus hominis formare non potest.

Secundo non est verū corpus hominis. quia nō potest tale corpus vere animare. Ue

Sol & homo.

Colloqa vitanda.

ra enim corpora animaliū p/
fectorum non sunt vere talia:
nisi quia anime informantes
sunt nature tales. Quia vt di
cit cōmētator primo de anima
membra leonis ⁊ mēbra cor/
ui non differunt nisi quia ani
me eorum differunt. Ergo ve
rum corpus hominis est quod
informatur vera anima homi
nis. Sed constat ꝙ corp⁹ ho
minis in quo apparet angel⁹
nō informatur vera anima ho
minis. qz angelus apparens
in tali corpore non est anima
hominis.

Tertio si tale corpus esset
corpus hominis verum non
ita cito nec ita subito esset for/
mabile ⁊ dissolubile. quia ve/
rum corp⁹ hominis habet de
termīatum tempus sue forma
tionis vt infra dicetur.

Apparent ergo in corpore
assūpto ab angelis aures ocu
li manus ⁊ pedes. sed non sūt
vere membra humani corpo/
ris. nec angelus ad hunc finē
formar tale corpus vt verita/
tem humani corporis ostēdat
Sed solum vt in tali corpore
in quo apparet faciat op⁹ qđ
ducat in veram cognitionem

angeli tāq̄ ministri ⁊ dei tāq̄
principalis agentis. vnde nō
est aliqua fictio vel falsitas in
tali apparitione quia semp fit
illud quod prīcipaliter oīdit.

D quintam est dicendū
ꝙ inter cetera elementa
aer videtur esse facilior ⁊ abi/
lior ad motionem ad forma/
tionem ⁊ ad dispositionē vel
dissolutionem. Et quia ange
li corpora in quibus apparēt
cito mouent vt festinanter cō/
pleant opus propter quod ex
plendū talia corpora assumūt
subito talia corpora formant
⁊ subito ipsa deponunt. Ūñ
de illo angelo qui fecauit fi/
lium Thobie vt scribit Tho
bie. xij. ꝙ loquēdo cum eis ab
aspectu eorum sublatus est ⁊
vltra eum videre non pote/
runt. Ideo dicēdum est ꝙ an
geli de aere formant corpora
in quibus apparēt. Et hoc ex
presse dicit Ysydorus in libro
de sūmo bono. capitulo de an/
gelis. Vbi ait ꝙ de superiori
parte aeris angeli formāt cor/
pora vt aspectibus hominuz
se demonstrent. quod est intel
ligendum quantum ad maio
rem partem. Oportet tamen

ꝙ aeri ĩmiſceant aliquos va/
pores groſſos ⁊ terreſtres. vt
talia corpora per inſpiſſatio/
nem aeris ex cõmixtiõe huius/
modi groſſorum vaporũ ſint
tangibilia ⁊ palpabilia. ⁊ ali
quos vapores lucidos ⁊ igne
os vt ſimiliter ex cõmixtõe qua
litatũ ſint talia corpora viſibi
lia ⁊ diuerſitate colorata ſicut
nubes ſub diuerſis coloribus
apparent propter cõmixtionẽ
vaporum diuerſorum. Unde
Auguſtin⁹ dicit ꝙ angelus q̃
ſalutauit virginem erat rutilãs
⁊ veſte corruſcans. Et Mar.
vltimo ſcribitur ꝙ ãgeli aſpe
ctus qui apparuit mulieri⁹
erat ſicut fulgur ⁊ veſtimenta
eius alba ſicut nix. In forma
ergo hominis angelus ingreſ
ſus eſt ad virginem ⁊ in corpe
habente formam ⁊ ſimilitudi
nem humani corporis de aere
formati vt de tali ingreſſu an
gelico intelligatur dictum in p
ſona virginis loquentis ange
lo id quod ſcribitur Gñ. xviij.
Ingredere benedicte domini
benedictionẽ mihi a deo miſ/
ſam nunciando cur foris ſtas
angelicus aſpectum ꝓpter fo
rinſecam ſubſtãciam mihi nõ
occultando

Aue.

Poſita nuncij ad virgi/
nem ingreſſiõem in ꝓte
ſta euangeliſta ponit ſaluta/
tionis formationem.

Primo ponitur verbum ſa
lutationis.

Secundo verbum perſone
nominationis

Tertio verbum gratie im/
pletionis.

Quarto verbum diuine in
habitationis.

Quinto verbũ bñdictiõis

Sexto verbum fructus cõ/
ceptionis. Que ſex verba per
que factũ eſt opus noſtre redẽ
ptionis correſpondent ſex verbis
ꝙ que factũ eſt opus creatiõis
vt ſuꝑ dictũ eſt. ponit g̃ ꝓmo
verbũ ſalutationis cũ dicitur
Aue. Et merito premittit aue
⁊ ſalue. qz ꝑ iſtã nunciationẽ
angelicã nũciata eſt bũam ge
neris ſalutatio ⁊ redẽptio que
correſpondet lucis ꝓductiõi
⁊ a tenebris diuiſiõi facte pri
ma die vt ꝺ ṽgine ſic ſalutata
intelligatur dictum quod ſcri/
bitur Geneſ primo capitulo:
(Fiat lux. ⁊ facta eſt lux.

Et vidit deus lucē ꝙ esset bo/
na diuisitq; eā a tenebris quā
tum ad eius ꝛ ab ea ꝛ a tene/
bris separationem. Fuit enim
ipsa ergo singulariter ad op⁹
redemptiōis a deo electa ꝛ p̄
ordinata. quod non fuit Eua
primo a deo reprobata. que
non per se sed in adiutoriū vi
ri ad opus creatiōis facta est.
Juxta illud. Faciamus homi
ni adiutorium simile sibi. fuit
singulariter a deo approbata
ꝛ acceptata quod nō fuit eua
que fuit mater tenebraꝝ ꝛ pec
catorum. Facta est ergo beata
virgo lux. quia ad op⁹ nostre
redemptionis electa ꝛ preor/
dinata per suā virginitatez ex
qua meruit lux appellari. visa
est a deo ꝙ esset bona. quia a
deo fuit approbata ꝛ accepta/
ta per suam humilitatem.

Multe enim sunt virgines
a deo non vise quia a deo nō
approbantur nec acceptan/
tur. Set diuisa est a tenebris. qz
a deo fuit ab omni peccato se
parata per suam maternam fe
cunditatem. Et sicut Eua du
trix peccato. Sic Maria au
trix meriti. Et sicut illa occidē
do obfuit sic Maria viuificā
do profuit.

Per hoc ergo verbuz Aue
vel salue habetur persone ne/
cessarie ad nostram redēptio/
nem electio approbatio ꝛ ab
Eua separatio. quod correspon
det operi creatiōis prime diei
Circa quam salutationem. v.
dubitationes esse possunt

Primo vtrum beata vir/
go ante fuerit tali salutatione
salutata.

Secunda vtrum genu fle/
xu ꝛ cum reuerentia angelus
hanc salutationem fecerit.

Tercia vtrum salutatio sit
neganda alicui propter excō/
municationem

Quarta vtruz salutatio sit
neganda alicui propter verbi
domini predicationem.

Quinta vtruz salutatio sit
neganda alicui propter odiū
vel rancorem.

Ad primam ergo est dicē
dum ꝙ ista salutatio in
solita ꝛ peregrina fuit. Nec ta
li salutatione ante nunq; salu
tata fuit. Qualiter autem ꝛ q
quē modū fuerit pegrina ꝛ in
solita an ex parte angeli nun/

cians vel salutantis Vel et parte rei nũciate seu virginis salutate diuersimode dicitur a sanctis doctoribus Nam Bernardus videtur dicere insolitam ⁊ peregrinam salutationem banc fuisse propter nouam angeli apparitionem apparuit autem angelus in forma hominis ⁊ cum ingenti lumine. Unde quia virgo sciebat angelũ sathane posse trãsfigurare in angelum lucis dubitauit ne homo essz qui operatione sathane ad ipsam intrasset ⁊ sic eaz salutasset. Ambrosius vero dicit super Luc. fuisse insolitam banc salutationem propter nouam annũciatam benedictionem. Sciebat autem bene beata virgo Maria ꝙ virgo ⁊ sterilis in israel nõ benedicebatur ymmo potius hominuz contemptui ⁊ maledictioni erat supposita ⁊ quia ipsa votum virginitatis emiserat cum mulierem solum propter prolem sciret esse benedicendam quando audiuit ab angelo Benedicta tu in mulieribus nouã ⁊ peregrinam benedictionem audiuit. nunq̃ alicui virgini ⁊ sterili fã ymmo necalicui alteri nec sibi. Unde dicit Ambrosius. Benedictionis nouaz formulam mirabatur ergo que nũq̃ est ante comperta. Soli marie bec salutatio reseruabatur. quia si sciuisset mana ad aliũ quempiam similem esse factũ sermonẽ vtpote que habebat legis scientiaz nunq̃ eã quasi peregrina talis salutatio terruisset. Non ergo ꝑm Ambrosium insolita ⁊ peregrina fuit virgini ista salutatio ratione angeli apparentis. quia consueta erat angelorum apparitionibus ⁊ collocutionibus. Sed fuit peregrina ⁊ insolita sibi propter nouaz nunciationem ⁊ benedictionẽ ita ꝙ fuit nouus modus salutandi quẽ angelus nunq̃ fecerat nec tenuerat talem modum salutando ipsam nec aliam personaz Sed Dieronymus dicit insolitam fuisse banc salutationez propter virginis bumiliationem. Beata nanq̃ virgo sciebat propbetã Ysaye qua dicebatur. ꝙ virgo pariturа erat sed propter nimiam eius bumilitatem non putabat de se tam grãdia ⁊ alta ꝙ ipsa esset

illa que posset esse mater ⁊ vir go. Unde volens angelus in admirationem attollere ⁊ rele uare ipsam supra illud quod de se extimabat laudes eius in salutatione cõiunxit dicens q̃ erat grata plena ⁊ q̃ domi nus erat cum ea. Nam vt di/ cit Hieronymus animo humi li nihil mirabilius esse vide/ tur q̃ q̃ magna ⁊ grandia esse nanentur de ipso

Secundaz est dicendũ q̃ anteq̃ angelus virgi nem salutaret non legimur an/ gelum alicui homini reueren/ tiam fecisse nec alicui mulieri quia semper maior recipit re/ uerentiam a minori ⁊ non ex/ hibet ei. angelus autem ma/ ior erat omni humana natura quantum ad tria.

Primo quãtum ad digni tatem. quia angelus est natu/ re spiritualis ⁊ incorruptibilis Juxta illud psal. qui facit an/ gelos suos spiritus homo ve ro est nature corporalis ⁊ cor/ ruptibilis. vnde congruuz nõ erat q̃ angelus homini reue/ rentiam exhiberet sed magis q̃ ab ipso reciperet. Unde di cebat Abrahã Gen. xviij. Lo quar ad dñm meum cũ sim ci nis ⁊ puluis.

Secũdo quantũ ad diui/ nam familiaritatem. quia an/ gelus erat dño familiaror ho mine assistens ei in secretis ⁊ collocutionibus familiaribus ⁊ ministrãs in obsequijs ⁊ be neplacitis eius. Juxta illud Daniells. ix. Milia miliũ mi nistrabant ei ⁊ decies centena milia assistebãt ei. ideo homo angelum reuerebatur tanquã familiarem regi eterno. ⁊ non angelus homine. quia hõ est elongatus a dei familiaritate ⁊ per peccatum ⁊ per naturaz Unde dicebat ꝓpheta. Ecce elongaui fugiens ⁊ mansi in solitudine.

Tertio quantum ad gra/ tie vbertatẽ. quia angelus lu mẽ diuine grate participat in quodam lumine ⁊ in quadaz obscuritate. Juxta illud apo/ stoli. Uidemus nunc per spe/ culum in enigmate. Jdeo de/ cens erat q̃ homo angelo re/ uerentiam exhiberet. non an/ gelus homini. Sz statim bea ta virgine nata inuẽtum est in natura humana q̃ in istis ui/

ba

bus excessit oēs angelos pu? ta ipsa beata virgo. Que pri mo excessit angelos in digni tate. quia electa fuit statim vt deberet esse mater xp̄i ⁊ dña omnium angelorū. Unde an gelus parentibus beate virgi nis p̄dixit q̄ nomē filie nasci/ ture deberz esse Maria quod syra lingua interpretatur do/ mina In signuz q̄ electa erat dña omnium hominū ⁊ ange lorum. ꝓpter quod cantat ec/ clesia. Aue regina celoruz aue domina āgelorum. Congruū ergo fuit q̄ cum sūma reueren tia angelus virginem saluta/ ret vtpote sicut suam dominā factam ⁊ electā sicut congruū est q̄ seruus reuereatur dñam suam. Secundo beata virgo excessit omnes angelos in di/ uina familiaritate. quia vici/ nior secretōr ⁊ familiarior fuit virgo deo q̄ aliquis angelo/ rum. Ideo signanter dicit an gelus salutando eam. Domi/ nus tecum. ac si diceret. Non mirens si genu flecto ac cū ma gna reuerentia ego te saluto ⁊ exhibeo tibi omnem reuerēnā quia dominus est tecuz aliter q̄ mecum Nam dominus celi ⁊ terre est mecuz sicut domin? cō suo seruo ⁊ sicut creator cuz sua creatura. sed tecuz est sicut fili? cum sua matre ⁊ sicut ge/ nitus cum sua genitrice. ⁊ pla num est q̄ nihil est familiari? matre q̄ filius eius genit? ab ea ⁊ potissime in sua puericia quādo mater in filio nihil pa titur esse occultum quod ipsa velit videre tangere ⁊ pertra/ ctare ymmo naturale ē q̄ ma/ ter cū maiori securitate ⁊ aui/ ditate scrutetur omnia secreta filij q̄ sue nature ⁊ sue ꝓprie persone. Tertio beata virgo excessit omnes angelos in gra tie vbertate. quia vbertas gra tie beate virginis excessit gra/ tiam omniū angelorum. ideo dicit gratia plena. ac si diceret mihi ⁊ cuilibet angelo ⁊ om/ nibus alijs sanctis per partes infusa est diuina gratia sed ti/ bi tota plenitudo gratie est do nata intantum vt ipsius fon/ tis gratie miranis esse mater. Ideo merito facio tibi reuerē tiam. Dicamus ergo q̄ ange/ lus cū maxima reuerentia vir/ ginem salutauit ꝓpter eius su pra ipsum dignitatem familiaritatem ⁊ gratie vbertatem

D terciam est dicendum q̄ aliquis potest scire aliquem excōmunicatum tribus modis.

Primo per sacramentalez confessionem.

Secundo per iudiciariam inquisitionem

Tertio per publicam sententie denunciationem.

Prio modo puto q̄ si q̄s in confessione sacramentali sciat esse aliquem excōmunicatū salutationem sibi negare non debet, nec eum vitare tenetur in alijs actibus in iure prohibitis. quia nescit talem esse excōmunicatuz vt homo. sed vt deus. Nec confessio sacramētalis per quaz scit eum esse hereticum ordinatur ad condemnatiōem pene. sed potius ad absolutionem. Et planum est q̄ excōmunicatio pena est.

Secundo vero modo si aliquis sciat talem esse excōmunicatum per iudiciariā inquisitionem credo q̄ ei salutationem debet negare z ipsum vitare in omnibus actibus prohibitis in iure. quia sat vt homo. Et quia iudiciaria inquisitio ordinatur ad condemnationem pene. Ideo quantumcunq̄ talis sciat in priuata inquisitione ipsum esse excōmunicatum ex quo scit vt homo tenetur eum vitare.

Sed tertio modo si quis sciat aliquem esse excōmunicatum per publicam sentētie denunciationem. salutationē ei debet negare z ipsum vitare. non participando cuz ipso in crimine. nec post aggrauataz sententiam de participatione nec ex contemptu dauium ecclesie. quia in talibus participādo. puto q̄ incideret in sententiam z mortaliter peccaret Unde dicit Johannes secunda sua canonica. Si quis ad vos veniat z banc doctrinam non affert non recipiatis eum in domo nec̄ aue ei dixeritis Et subdit. Si quis ei aue dixerit communicat eius operibus infructuosis. Si quis salutat aliquem excōmunicatuz non participando in crimine nec post sententiam aggrauatam nec ex contemptu. sed ex quadam verecundia vel ex ti(more quodam

ne videatur eum contemnere. vel ex compassione quadã caritatis. Puto q̄ non peccaret mortaliter nec incideret in sententiam saltem matorẽ.

D quartam est dicendũ q̄ ista questio est dubia ꝓpter dictum Heliseꝑ ꝓbete ⁊ ꝓpter dictum xp̄i. Nã beliseus. iiij. Regũ. iiij. c. cũ mitteret Giezi ad suscipiendum puerum vel filium sunamitis mulieris mandauit ei dicens Si occurrerit tibi homo non salutes eum. ⁊ si te salutauerit quispiam non respondeas sibi. Luce vero. x. qñ xp̄s misit ad predicandum discipulos mandauit eis. Neminem per viam salutaueritis. Videtur ergo q̄ ꝓpter viã predicationis ⁊ ꝓpter alia opera pietatis explenda salutatio est negãda. sed cuz Paulus apostolus vbiq̄ in suis epistolis mandauerit fideles xp̄i esse salutãdos dicẽs. Salutate vos inuicez in osculo sancto. Jp̄e etiam saluator Luc. x. postq̄ precepat discipulis vtp viaz neminem salutare deberẽt statim postea addidit. In quãcunq̄ domũ intraueritis primũ dicite Pax huic domui. Et hoc est quoddam. salutare igitur ꝛc. Jdeo sciendũ est q̄ ꝑm Sirillum saluator non ꝓhibuit simpliciter salutationẽ predicatoribus. sed voluit q̄ tempus predicationi competens non expenderent frustra in locutionibus inutilib⁹. sũt ipse salutatiões principia mutue locutionis ⁊ inquisitionis de ꝓsperis de aduersis de filijs ⁊ de ꝓpinquis in quibus occupare tempus predicatiõi diuini verbi necessitatez non posset fieri sine peccato. sicut opus dei intromitter propter opus hominis non sine peccato esse potest. Et maxime in ecclesia primitiua quando ꝓpter multitudinem infideliuz semper occurrebat temporis opportunitas ad predicandũ. voluit ergo dicere. recto tramite incedite non alternatas benedictiones benedictiõibus. quia damnum est expẽdere tẽpus predicationibus competens frustra preterq̄ in rebus necessarijs. Ambrosius vero dicit super Luc. q̄ domin⁹ nõ ꝓhibuit hominez saluare q̄ ei displiceret benuolentie officium. Sed q̄ plus deberet eis placere verbũ predicatõis

ꝑ humane benſuolentie ob/
ſequium. Ac ſi diceret eis. Nō
ſitis ſollicīti in alienis verbis
ſed blādicias ⁊ colloquia bo/
minum fugite ꝓpter gloziam
diuini verbi. ꝟm ergo Siril/
lum neminem ſalutare eſt tem
pus predicationi competens
colloquijs bominum non oc/
cupare. Secundum vero Am
broſium neminem ſalutare eſt
blandicijs ⁊ fauoribus homi
num magis quam verbis di
uinis non delectari.

Quintam eſt dicendū
ꝙ ſalutationem eſſe negandā
alicui duplicīter poteſt intelli
gi. Primo propter odiū ⁊ rā
corem augmentandum. Se/
cundo propter odium ⁊ ranco
rem ꝓditozie non occultandū
Primo modo ſalutatio non
eſt neganda alicui ꝓpter odi/
um vel rancoꝛm augmentan
dum frequenter enim homiēs
ad inuicem conuerſantes hu
mana fragilitate ꝓo leui cau
ſa iraſcuntur. Et qz irati ꝓp
ter impetum paſſionis perdūt
rationis iudicium. vt tunc nō
poſſint ꝓuidere quid conue
niens ſit et rationi conſonum
ꝺcipiunt ſubito odiuz vel ran
corem ſi ſtatim non deponunt
illum. non amplius ſalutādo
vel cum eo non amplius con/
uerſando. volūt ꝙ illa ſubita
nea ira creſcat in odiuz. Et di
cente auguſtino. Trabem fa/
ciunt de feſtuca et animam fa
ciunt bomicidā quod ſine pec
cato mortali eſſe nō pōt. quia
ſic non ſalutare eſt fratemam
caritatem negare. Unde dicit
apoſtolus. Sol nō occidat ſu
per iracuudiam veſtram ergo
negare alicui ſalutationē ꝓ
pter odium vel rancozem aug
mentandum vt ꝙ quis appe
tat odium vel rancozem cōcep
tum creſcere inter eum et ꝓxi
mum ſine graui peccato eē nō
poteſt. Sed ſecūdo modo ne
gare ſalutationem alicui ꝓ
pter odium et rancozem. non
occultandum ꝓditozie. Di/
cendum ꝙ minus malum eſt
et minus peccatum illum con
tra quem rancozem vel odiuz
habet bomo. non ſalutare. et
non conuerſari cum ipſo. quā
ſub ſigno ſalutationis ⁊ ſub
ſpecie amicabilis conuerſatio

nis proditorie eum decipere. ostendens eum diligere quem odit quia peccatum proditorie est speciale peccatum vt ait ⁊ instentia multuz aggrauās peccatum vnde aggrauatū est multum peccatum iude q̄ sub signo salutationis ⁊ oscul q̄ sunt signa beniuolentie christum tradidit. Dixit enim origen̄ super illo verbo matbei. xxvi. aue rabi et osculatus est eum. ꝙ omnes proditores veritatis ⁊ amare veritatem fingentes oscul ⁊ salutatois signo vtuntur. Et ambrosius ait super luc̄ ꝙ amoris pignore volumus infingere ⁊ salutationis vel oscul tanq̄ pacis instrumēto morte irrogare maximum peccatorum est proditores nāq̄ nō vitant. Sz manifeste inimica vitari possunt.

Maria.

Dsito verbo salutationis in pte ista euāgelista ponit verbuz persone salutate nominatois dicens ꝙ scilicet persona ista vocata est maria quod nomē interpretat stella maris vt supra dictum est. Et conuenit illud nomen per quod factum ē opus nostre redemptionis firmamenti institutioni Et fundationi quod fuit opus creationis factum secunda die vt de tali firmamento intelligatur quod scribitur gen̄ primo. Fiat firmamentum in medio aquaruz ⁊ diuidat aquas ab aquis. Ita ꝙ maria dicat fundamentum fidei fundatione Dicatur positum in medio aq̄rum virtuosa operatione. Et dicatur diuidere aquas ab aquis bonorum a malis separatione. Fuit nanq̄ maria fūdamentum fidei fūdatione qz generatione sanctorū ante aduentum christi preterijt. Et generatio sanctorū post eius aduentum aduenit. Non stando firmi in fide. Sed beata virgo Maria tanquam firmamentum firmuz et inetemum stetit. Unde ipsa vere fuit illd firmamentum quod firmauerunt manus dei qui regnat in etemum et vltra vt dicatur exodi quindecimo.

ffuit autem firmamentū istud positum in medio aquarū virtuosa operatione. Nam stare in medio aquarū ⁊ in medio diuersorum popalorum quia aque multe populi multi. vt scriptura testatur non declinā do a dextris vl'a sinistris sine operatione virtuosa esse non potest. Maria autem semper in medio aquaꝝ stetit iudeoꝝ praue ⁊ puerse nationis. ⁊ tñ semper steterit recta ad modum quadrati lucēs inter eos sicut vera maris stella. fuit em̄ simplex sine querela ⁊ sine reprehensione in medio praue ⁊ puerse nationis. inter quos refulsit sicut luminare in mūdo vt dicit Apo. de ipa Philip. ij. Sed diuisit aquas ab aqs bonoruꝫ malis sequestratiōe Ante enim beatam virginem cōmixte erāt aque superiores cum inferioribus ⁊ boni cum malis cum nullus posset bonus apparere tyrannice potestati subiectus. Sed Maria fuit mediatrix ⁊ sequestratrix inter ipsas quando deposuit potentes de sede sua ⁊ exaltauit humiles. sicut cecinit i suo cantico. Et quia superi? quesitum fuerat de isto noie Maria quantum ad eius interpretationem. Nūc queratur de tali nomine Maria quantū ad litteras quibus predictuꝫ nomen integratur. Nam constat hoc nomen ⁊ integratur q̄nqꝫ litteris. scilicꝫ. m. a. r. i. a. q̄nqꝫ ergo dubitatiōes fieri possūt

Prima vtruꝫ Maria fuerit singulariter mater sanctorum omnium.

Secunda vtrum fuerit singulariter mater omniū petōꝝ.

Tertia vtrum fuerit singulariter regula omniū virtutuꝫ

Quarta vtrū fuerit singulariter interfectrix omnium viciorum.

Quinta vtrum fuerit singulariter amaniū spiritus sāci donoꝝ omnium.

Ꝺ primam ergo est dicēdum q̄ beata virgo fuit mater omnium sāctorum quatuor modis. Primo quia omnibus sanctitatem fundauit. Secundo quia omnibus sanctitatem generauit. Tertio qr omnibus sanctitatem manifestauit. Quarto quia omnib? sanctitatem impetrauit. Naꝫ super illo verbo psal. Mater syon dicet homo ⁊ homo natus est in ea ⁊ ille fundauit eā

altissimus. dicit Augustinus in libro de symbolo. q̄ q̄ domū dei decebat sanctitudo in longitudinē dierū ideo prius dei filius matrem suam virginem voluit sanctitate fundare & in ea corporaliter habitare. & ei⁹ sanctitaté tanq̄ fūdamētum omnibus sanctis voluit ordinare. quia interpretat̄ plenitudo gratie. Nullius enim sanctitatem prius sancta mater ecclesia colit vel celebrat q̄ beate virginis. Ita q̄ celebratio sanctitatis beate marie fūdamentum primordiale est celebrationis sanctitatis omniū sanctorum. Verum nanq̄ est q̄ in veteri testamento multi fuerunt viri sancti patriarche & ꝓphete. sed quia illi nō fuerūt tempore plenitudinis gratie. ideo sanctitatem illorū sancta mater ecclesia non solennisat. Sed sicut tempus plenitudinis inciarum est in beata virgine. quia prius erat fundata domus q̄ dei filius ipsā inhabitaret. Ideo sanctitas beate virginis fundamentum est sanctitatis omniū sanctorum qui tēpore plenitudinis gratie solennisant̄ p ecclesiam

Secundo ꝓpter suam nativitatem & p sanctitatē eius nativitatis beata virgo omnibus sanctis sanctitatem fundauit. In eius vero annūciatione omnibus sanctis sanctitatem generauit. Unde tunc fm Augusti. in libro de symbolo quando angelus ipsam salutauit spiritus sāctus ipsā fecundauit & virum sine viro in ipsa formauit & dīm suscepit vt esset in ea sāctus sanctorum qui fecerat eam. Scribit enim Daniel. ix. q̄ cum Daniel esset in captiuitate regis Babylonie cum alijs iudeis de quorum populo xp̄s erat nasciturus. & continue orationib⁹ & ieiunijs postularet a deo vt liberaret eos de illa captiuitate peccata quibus illā penam meruerant remittendo & saluatorem xp̄m ipsum eis ꝓmissum mittendo. Responsū est per angelum sic dicentem: ei. Quia vir desideriorum es ideo ego veni vt indicarē tibi que ventura sunt & intelligas visionem. Scias ergo q̄. lxx. hebdomade abbreviate sunt super populum tuum & sup vrbem sanctam Hierusalem vt cōsūmetur prevaricatio & finem accipiat peccatum vestrū

ꝛ iniquitas ꝛ iplebitur visio ꝛ ꝓpheria ꝛ vngetur sanctus sanctorum. id est nascetur xp̃s qui in sua conceptiõe vnctus fuit oleo sanctitatis ꝛ letitie p̃ omnibus suis consortibus. si ergo sanctus sanctorum fuit xp̃s quem beata virgo genevauit. vnde dictum est ꝙ ipsa fuit mater omnium sanctorũ omnibus sanctitatẽ ipsam generando.

Tertio sanctitatem beata virgo omnibus sanctis manifestauit ꝛ presentauit. ꝛ hoc in sua purificatione. qz tunc omnes sanctitatem sanctos sanctificantem mundo manifestavit. Unde sanctus Simeon accepit eum ꝛ dixit. Nunc dimittis seruum tuum in pace. Quia oculi mei viderunt salutare tuum. tale inqꝫ salutare quod est Lumen ad revelationem gentium ꝛ gloriam plebis tue israel

Quarto omnibus sanctitatem impetravit ꝛ hoc in sua assumptiõe. Unde dicit Gregorius in collecta. Interveni at pro nobis quesumus dñe dei genitrias oratio quam id circo de presenti seculo transtulisti vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus. Sunt enim quatuor que faciũt homines sanctos.

Primum est dilectio proximorum. quia qui proximum diligit legem impleuit.

Secundum est timor trãsgressionis diuinorum mãdatorum. quia si volumus ad vitã ingredi oportet seruare mãdata.

Tertium est cognitio mandatorum credendorum. quia sine fide impossibile est deo placere.

Quartũ est expectatio premiorũ vt firmiter aliquis spectet se presentaturum ante tribunal xp̃i ꝛ recepturum premium aut penam sicut meruit Omnium autem istorum mater est beata virgo. Unde ip̃a dicit Eccle. xxiiij. Ego mater pulcre dilectionis. scilicet proximorum. ꝛ timoris. trangressionis mandatorum. ꝛ agnitionis credendorum. ꝛ sancte spei expectationis premiorum Propter qꝫ oibus sãctis põt ista cõdonare ꝛ ipetrare. ideo bt̃a virgo mater est omniũ sanctorum. quia omnibus sãctis sanctitatez fundauit in sua na

ciuitate ⁊ in vtero matris ei⁹ sanctificatione omnibus sanctis sanctitatem generauit. in sua annunciatione omnibus sanctis sanctitatem manifestauit in eius purificatiõe. ⁊ omnibus sanctis sanctitatem impetrauit in sua assumptione. vt sibi ab omnibus sanctis intelligatur esse dictũ quod scribitur Judith. viij. Nunc ergo ora pro nobis. quantum ad eius oratiõis suffragium. qm̃ tu mulier sancta es. quantum ad eius potestatis ⁊ sanctitatis patrocinium.

D secundaz est dicendũ q̃ ꝑm Ysydo. volẽs aduocare pro alijs quinq; cõditiones debet habere. Primo iudicis confidentiam. Unde prima cautela quã ponit philozophus in rhetoricis est q̃ homo faciat sibi iudicem fauorabilem ⁊ beniuolum.

Secundo pietatis dementiam. Nam per spiritum sanctum dicatur iudici de aduocato in aduocando. Esto pupillis misericors vt pater. ⁊ pro viro mater illorum ⁊ velut filius altissimi vocaberis.

Tertio rei indigentiam q; aduocatus necessari⁹ est in potentibus ⁊ oppressis ⁊ molestatis a fortioribus eis.

Quarto importunam perseuerantiam. Nam perseuerãtia est multum necessaria in petendo potissime que non dubitatur de benignitate iudicꝫ Unde dicit Crisosto. q̃ pententis negligentia reprehenditur vbi de dantis misericordia non dubitatur.

Quinto aliorum reuerentiam. cum enim aliquis aduocatus habetur in reuerentia ⁊ timore ab alijs non accipiunt illi causam ⁊ questionem contra ipsum. sed potius ipsũ in causa illa iuuant. Ista autez quinq; per ordinem habet virgo gloriosa ex quibus merito dicitur. Aduocata peccatorum

Primo eñ habet iudicis confidentiaz. Nam filius ei⁹ est iudex viuorum ⁊ mortuoꝝ Unde Augustin⁹. Confidentiam tantam habet virgo de omni re quã habz vt etiã si negare videatur non dubitet exaudire. vnde ait Augu. super Johannem q̃ quando virgo dixit xp̃o. vinũ non hũt. ⁊ xp̃s rñdit. q̃d mihi ⁊ tibi ẽ mulier. nondum venit hora mea.

Non ꝓpter hoc dubitauit ex/
audiri. sed ait ministris. quod
cunq; dixerit vobis facite. Ac
si diceret vt ait Augusti. Licet
negare videatur quod peto fi
naliter tamen non patietur fi/
lius coram tot astantibus me
confundi vt in mea petiõe eru
bescentiam habeam ffirmiter
nãq; credendũ est q̃ de omni
eo quod petit mater filio. hic
sibi respondet quod salomon
respondit matri. iij. Reguz. ij
Pete a me mater quod vis.
neq; enim fas est vt auertas
faciem tuam a me

Secũdo habet pietatis de
mentiaz ⁊ hoc ex natura. quia
mulier naturaliter est demen/
tior viro ⁊ magis pium cor ⁊
magis compassiuũ habet mu
lier q̃ vir. Et ex gratia. quia si
cut omni gratia sic omni pie/
tate ⁊ clementia plena fuit. ⁊
ex doctrina quia memor do/
ctrine filij semper est quam di
cit Matb. xi. misericordiã vo
lo ⁊ non sacrificiuz. vnde qui
libet experitur q̃ in omni tri/
bulatione positus magis in/
clinat auxiliuz matris q̃ ipsi?
filij vel alterius filij implorare
dicendo. sancta Maria adiu
va me. Ac si innatum esset cui
libet ad illam dominaz recur
rere cui proprium est misereri.
⁊ de afflictis ⁊ tribulatis con/
passionez habere.

Tertio habet rei indigen/
tiam. Quia signãter ipsa ad
uocata extitit ꝓ peccatoribus
oppressis a dyabolo. Semp
eam vt dicit Bernard⁹ apud
suum filium inducit illud ver
bum euangelicum. Memor
esto fili verbi tui seruo tuo in
quo peccatoribus spem dedi
sti. Non est opus valentibus
medicus sed male habentib?
Et non veni vocare iustos sed
peccatores ad penitentiã.

Quarto habet importu/
nam perseuerantiã. Interfuit
enim ipsa vt dicat Augustin?
illi sententie ⁊ parabole quã
filius suus Luc. xviij. induxit
Oportet semper orare ⁊ nũq;
deficere. ⁊ postea addidit. Iu
dex quidam erat in quadã ci/
uitate qui nec deum timebat
nec hominez reuerebatur ⁊ ac
cessit ad eum quedam vidua
petens ab eo vt vindicaret eã
de aduersario suo qui ipsam
opprimebat ⁊ nolens ipsam
audire per multum tempus fi
naliter ait. Et si deum non ti/
meo nec hominem reuereor tñ

quia importuna est mihi vindicabo ipsam. vñ firmiter est credendus q nunq̃ cessat beata virgo pro peccatoribus advocare.

Quinto habet omniũ sanctorum reuerentiam. Omnes enim sanctos ipsa in auxiliuz peccatoruz introducit ad filiũ vt multiplicatis intercessoribꝰ largiatur. Ira q ipsa petente omnes petunt cũ ipsa. t alijs petentibus pro eorum devotis sine patrocinio matris regis eterni obtinere nõ possũt. Ergo virgo sanctissima est advocata omnium peccatorum. ꝓpter iudicis confidentiam. ꝓpter sue pietatis clementiã. t ꝓpter peccatorum indigentiam. ꝓpter importunam perseverantiam. t ꝓpter aliorum scõz reuerentiã. vt merito oẽs peccatores sibi dicãt quod dicit adonias qui interpretatur seruus merens matri Salomonis. iij. Regũ. ij. Loquere q nobis regi quia in te est pietatis t misericordie clementia nec enim tibi negare quicq̃ poterit. quia apud te est regis familiaritas t confidentia.

Dextam est dicendum q Ambrosius banc questionez determinat in libro de virginibus. Dicens q beata virgo potest cõsiderari ꝑ in quatuor temporis differentias.

Primo quando fuit templo domini per eius parẽtes dedicata vsq̃ ad angelicã nũciationem.

Secũdo quando fuit Joseph suo sponso sociata vsq̃ ad xp̃i incarnationem

Tertio quando fuit cũ suo nato filio conuersata vsq̃ ad eius passionem.

Quarto quando collegio apostoloruz fuit t specialiter cure beati Johãnis recõmendata vsq̃ ad eius assumptionem. In quolibet autem istorum temporꝫ beata virgo fuit regula virtutum t moruz. singulariter tamen tempore quo fuit tẽplo dedicata floruit virtute puritatis t honestatis in tantum vt totum illud temp? occuparet in diuinorum contemplatione t oratione in libro legis t ꝓphetarum lectione t angelorum collocutione ita vt talibus comitibus omnino esset ab omnibus mundialibus seperata t tota celestis facta. Nec mirum. q; quãto plus aliquis coniungitur

spiritualibus ⁊ celestibus tanto plus carnalibus separatur ⁊ terrestribus. eo ꝙ ꝑm Aug. iiij. de trini. Cum aliqui eternum quantum possumus mẽte capimus. iam non sum⁹ in hoc mundo. beata autem virgo coniungẽda erat celesti regi ⁊ efficiẽda eius corporalis mater. vnde mente ⁊ corpore erat isto tempore ab omnib⁹ carnalibus ⁊ corporalibus seperanda. ⁊ tãta puritate ⁊ honestate replenda. qua sub deo maior nõ posset intelligi. In tẽpore vero quo fuit suo sponso sociata specialiter virgo floruit vrtute humilitatis. Et hoc singulariter appuit in ei⁹ responsione. quando vocata fuit in reginam ⁊ in matrẽ regis celi ⁊ terre. se ancillam nominauit dicens. Ecce ancilla domini. Super quo verbo dicit Hieronymus. ꝙ virgo prius fuit repleta doctrina filij ꝙ ipsum filium generauit. Doctrina nanq; xpi fuit. Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. Non enim beata virgo didicit a filio mortuos suscitare. super aquas siccis pedibus ambulare. aquam in vinum transmutare. sed didicit hoc. mitis sum ⁊ humilis corde.

Secundo apparuit in sue cognate Elysabeth obsequiosa administratione. quia trib⁹ mensibus postq; fuit ab angelo nũciata ⁊ mater domini facta steterit in obsequio Elisabeth cuius humilitatem Elisabeth admirans ait. vnde hoc mihi vt mater domini mei veniat ad me.

Tempe vero quo fuit cum suo genito filio conuersata singulariter floruit virtute fidei firmitatis. quia omnia miracula omnia dicta omnia facta filij sui semper conferebat ⁊ disputabat in corde suo Super quo verbo dicit Ambrosius ꝙ licet virgo esset mater domini. tamen precepta dicta ⁊ facta eius in carne assumpta de ipsa scire cupiebat ⁊ volebat discere. Non ꝙ in illis dubitaret. Sed vt magistra effecta alios informaret.

Sed tempore quo fuit collegio apostolorum ⁊ cure bea

ti Jobannis recõmendata sin
gulariter respledüit virtute ar
dentis caritatis. Quia fm
Ambrosium toto illo tempo
re intantum diuinus amor
desiderii perueniendi ad suũ
filium ipsam attenderat vt si
cut ferrum in ignem missum
non est aliud q̃ ignis. sic vir
go ardore sui filij dilectionis
accensa non erat aliud q̃ ar
dor. Ergo beata virgo cum
fuit templo dedicata regula
fuit virtutis puritatis & bone
statis

Cum fuit sponso suo socia
ta regula fuit virtutis & humi
litatis.

Cum fuit cum eius filio cõ
uersata. regula fuit virtutis fi
dei firmitatis.

Et cum fuit apostolorum
collegio commendata regula
fuit virtutis & caritatis.

Et sic regula fuit omnium
virtutum & morum & quelibz
istarum virtutũ est omnis vir
tus. Nam puritas & honestas
est omnis virtus effectiue. om
nem enim virtutem efficit mẽ
tis puritas. Humilitas vero
est omnis virtus cõseruatiue
quia humilitas omnem virtu
tem conseruat. Fides autem
est omnis virtus fundatiue.
quia est omnium virtutũ fun
damentum. Unde dicit Am
brosius libro supra dicto. q̃
sic beata virgo implebat om
nium virtutum officia vt nũq̃
discederet q̃ deceret vt merito
de laude virtutum eius dica
tur in persona eius quod scri
bitur Judith. xv. Nõ est talis
mulier sup terrã i aspectu pu
ritatis & honestatis. in pulcri
tudine. mansuetudine. man
suete humilitatis. & in sensu
verborum doctrine firmitatis
& caritatis.

D quartam est dicen
dum q̃ Bernardus
super Missus est istã
dubitationem soluit dicens.
q̃ quia dyabolus per mulie
rem humanam naturam per
didit congruũ erat q̃ dei fili

per mulierem humanam naturam saluaret. Deuicit autez ⁊ ꝓstrauit dyabolus totā humanam naturā mediante muliere specialiter ꝓpter tria vicia. ad que omnia alia reducuntur. Primo per carnis cōcupiscentiam quando ait. cur precepit vobis deus ne comederitis de omni ligno paradisi. Comedere autem ineffrenate de omni cibo pertinet ad concupiscentiam gustus. sicut luxuriari cum omni femina pertinet ad concupiscentiam tactus. Secundo per cupiditatis auariciam. quando dixit. Scietis bonum ⁊ malū. Nā auaricia ꝑm Augustinū nō solum est inordinatus appetit⁹ pecunie. verum etiam inordinatus appetitus cuiuslibz rei Tertio per elationis superbiā quando dicit. Eritis sicut dij velle autem sicut deus omne planum est ꝙ pertinet ad superbiam. Ergo dei filius mediāte virgine gloriosa totam humanam naturam saluauit et recuperauit ac ipsum dyabolum caput omnium viciorum debellauit. propter tria arma istis opposita. Quia camalē concupiscēciam a dyabolo in stigatam vicit per Marie perpetuam virginitatem. Quis cupiditatis auariciam vicit p̄ marie fruct⁹ fecunditatē p̄ quē totus mūdus dicatus est ⁊ diuicijs repletus. Sed ipsi⁹ elationis superbiam per Marie singularem humilitatem vicit Et hoc est quod dicitur Genē iij. cum enim dixisset deus serpēti vel dyabolo in forma serpentis apparentis. quia fecisti hoc. s. quia decepisti mulierem maledictus eris inter omnia animalia ⁊ bestias terre. ⁊ postea subdit. inimicitias ponam inter te ⁊ mulierem ⁊ inter semen tuum ⁊ semen illius ⁊ ipsa cōteret caput tuū. Planum est autem ꝙ talem victoriam non fecit de dyabolo vel ꝺ serpente ꝓia mulier Eua ꝙ esset inimicicia inter eam ⁊ serpentem. ⁊ ꝙ ipsa caput ei⁹ interisset. ymmo cū serpēte amicitiam copulauit suggestioni eius ex toto obediendo. Et caput eius seruauit p̄cepta dei propter eum transgrediendo. Nec aliqua alia mulier hāc victoriā fecit de serpēte vel dyabolo ꝙ inimiciciam cum ipso haberet ⁊ caput eius contereret. Soli ergo Marie seruat

batur hec victoria ffēda/ quia ipsa sola semen eius xp̄s cum dyabolo habuit inimiciciam ꝛ cum semē eius omnia vicia eius instigata per ipsum non incurrendo eo ꝙ tam in matre ꝙ in semine eius xp̄s prīceps huius mundi nō habuit q̄cq̄ ꝛ caput eius venenatū ad ni/ hiluz redigendo. Interfectrix ergo fuit beata virgo omniuz viciorum. quia carnales con/ cupiscentias a dyabolo insti/ gatas interfecit per suam per/ petuam virginitatem ipsius mūdi cupiditates ꝛ auaricias interfecit per sui fructus fecun ditatem. Satis enim est ava/ rus cui fructus Marie virgi/ nis non sufficit. Sed dyabo/ li elationes superbias ꝛ iactā tias interfecit per suam singu larem humilitatem. vt de vi/ ctoria beate Marie ꝓtra dya bolū ꝛ vicia instigata ab ipso intelligatur quod scribitur in ꝑsona eius Judith.xiij. vna mulier hebrea fecit confusio/ nem in domo regis nabucho donosor. quia caput holofer/ nis non est in ipso. vt dicatur virgo beata mulier hebrea ei? victoriosam impugnationem Interpretatur enīz hebrea vi ctoria vel vincens dicatur fe/ cisse confusionez in domo na buchodonosor per viciorum interfectionem. Interpretatur enim Nabuchodonosor an/ gustia vel angustiatus. ꝛ mul tum angustiatur. quia inuolu tus est peccatis. Sed dicatur abscidisse caput Holofernis ꝛ dyaboli per ipsius dyaboli effugationem. per ipsam enīz princeps huius mundi eiect? est foras.

D quintam est dicendū ꝙ Augustinus in quo/ dā sermone de natiuitate bea te virginis determinat hanc questionem pertractans enīz illud verbuz Prouer.ix. Sa pientia edificauit domuz ꝛ ex cidit columnas septem. dicit ꝙ domus virginalis thalami per diuinam sapientiam edifi cata septez columnis fulta ex tiit. quia venerabilis mater domini septem spiritus sancti donis dotata fuit. Ad cui? in tellectum est sciendum ꝙ bea ta virgo perfecta fuit in vita actiua ꝛ contemplatiua. Ītī in eius assumptione legitur il lud euangelium de Martha ꝛ Maria per quas duas mu

lieres pfectio vtriuſqꝫ vite in/
telligitur. vt dicit Augu. Luc.
x. In perfectione vero vite cō
templatiue tria requiruntur ſi
ue ſunt neceſſaria

Primum eſt diuinorū ſu
pra humanum modum intel
lectio. Et ad hoc requirit do/
num intellectus. quia in tam
excellenti luce mentis huma/
ne acies inualida non figitur
in ſe per donum intellectus il
luſtretur.

Secundum eſt diuinoꝝ ſupra humanum modum ſen
tentiatio vt de diuinis homo
iudicet ⁊ ſententiet ſupra mo
dum humanum Et ad hoc re
quiritur donum ſapientie. qꝛ
vt dicit apoſtolus. Sapiens
⁊ ſpiritualis hō iudicat omia
⁊ ipſe a nemine iudicatur.

Tertium eſt humanorum
ſupra modum humanuꝫ pru
dens ⁊ diſcreta conuerſatio.
⁊ ad hoc requiritur donuꝫ ſcīē
tie. quia ſicut ſapientia eſt de
diuinis. ſic ſcientia eſt de hu/
manis.

Ad perfectionem ergo vi/
te contemplatiue tria requirū
tur. ſcilicet Donuꝫ intellectus
Donum ſapientie. Et donum
ſcientie. Vita vero activa ver
ſatur inter duo proſpera ſcz ⁊
aduerſa.

Aduerſorum igitur ſupra
modum humanum cauſe in/
veſtigatio eſt per donum con/
ſilij. Nam inveſtigare ex qua
cauſa deus permittit aduerſa
hominibus euenire ad donū
conſilij pertinet an ex peccato
rum correctione vel pacientie
probatione. Sed predictoꝝ
aduerſorum ſupra modū hu/
manum fortis tolleratio perti
net ad donum fortitudinis.
In proſperis vero dupliciter
homo ſupra moduꝫ humanū
poteſt ſe habere.

Primo vt omībus homo
compatiat. talia proſpera om
nibus propter deum cōmuni
cando. Et ad hoc requirit do
num pietatis.

Secundo vt homo ꝓpter
timorem dei in talibus omni
bus ſubijciatur. Et ad hoc re
quiritur donum timoris.

Quatuor ergo dona requi
runtur ad perfectionēvite acti
ue. ſcilicet donum cōſilij ⁊ for
titudinis. in aduerſis donūq;
pietatis. ⁊ timoris in ꝓſperis
Vere ergo beata Maria fuit

armarium ⁊ sacrarium spiritꝰ sancti donorū, quia in vita cō templatiua supra modum bu manum fuit perfecta per do/ nū intellectus sapientie ⁊ scié tie /Et in vita actiua per donū consilij ⁊ fortitudinis in ad/ uersis. ⁊ per donum pietatis ⁊timoris in prosperis. vt si/ gnanter ꝑm Augustinū in per sona eius dicatur. Sapiētia diuina edificauit sibi domuz per eius corporis miraculosā formationem. /Et excidit colū nas septem per mentis eius septem donorum spiritus san cti habitationem.

Gratia plena

Dsito verbo salutatio/ nis ac verbo persone sa lutate nominationis. in parte ista vt supra dicebat euange/ lista ponit verbuz diuine gra tie impletionis. Et correspon det istud verbuz gratia plena id est per quod nostra redemp tio facta est tertio operi crea/ nis. de quo scribitur Geneſ. i. Congregentur aque in locum vnum ⁊ appareat arida. In quibus verbis commendatur beata virgo ex tribus.

Primo ex gratie copiosita te cum dicatur Congregentur aque.

Secundo ex sue anime re/ cipientis singularis capacita te cum additur. in locum vnū

Tertio ex sui ventris bene dicti fecunditate cum adiun/ gitur. /Et appareat arida. Nā per aquas copiositas diuine gratie intelligitur. iuxta illud Johannis. vij. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumi/ na de ventre eius fluent aque viue. /Et postea subdit ꝙ hoc dicit saluator de spiritu sā/ cto quem accepturi erant cre/ dentes in eum.

In virgine autem glorio/ sa omnis gratie ⁊ omēs aque copiose congregate sunt. quia vt dicit Dieronymus in ser/ mone de assumptione. ceteris per ptes prestatur Marie ve ro se simul infūdit plenitudo gratie. per vnum autem locuz in quo tales aque congregate sunt singularis capacitas ani

me virginis ad gratiam recipiendaz intelligitur. quia nullus locus ⁊ nulla anima alicuius creature posset esse tãte ⁊ talis grẽ capax sicut fuit anima virginis. ꝺ quo loco dictũ fuit Moysi. xv. Solue calciamentuz de pedibus tuis ⁊ nõ approdinques huc quia locꝰ in quo es terra sancta est. In tantum enim iste locus fuit sãctificatus ⁊ virtutibus ⁊ gratijs repletus ꝙ nullus sanctorum nec angelorum ad eiꝰ sãctitatem ⁊ bonitatẽ potest appropinquare. Sed per aridã terram fecunditas ventris marie designatur verum nãq; est ꝙ terra ista ante spiritus sancti iuxta verbum angeli superuentionem arida erat. quia expers virilis consortij. sed rore spiritus sancti veniente in ea facta est illa terra. de qua dicit ꝓphera. Veritas de terra orta est. ⁊ terra nostra dedit fructum suum. De ista ergo plenitudine gratie beate virginis Mane quinq; dubitationes esse possunt

Prima vtruz ipsa fuit magis plena gratia q̃ aliqua creatura esse possit.

Secunda vtrum ipsa fuerit plena gratia in omnibꝰ sicut xp̃s.

Tertia vtruz ipsa fuerit in gratia pfecta in sua nativitate

Quarta vtruz ipsa habuerit omnia dona a deo gratis data.

Quinta vtruz ipsa habuerit omnem gratiam gratũ facientem.

ꝺ primam est ꝺicenduz ꝙ gratia datur adeo ad quatuoꝛ effectus principaliter

Primo ad diuine amicicie copulationem. Nullus. n. potest deo coniungi ⁊ copulari nisi ꝑ gratiã eius. Vñ dicebat apo. ꝑ gratiã reconciliati sumus deo. cũ essemꝰ inimici in sanguine filij eius

Secũdo ad peccatoꝛum remissionẽ. quia cũ non sit conuentio lucis ad tenebras grã que est quedã lux anime tenebras peccatoꝝ habet tollere.

Tertio ad salutis ꝓsecutionẽ. quia salutẽ nullus põt consequi sine gratia. Vñ dicebat apoꝛ. Gratia dei saluati estis. ⁊ hoc non ex vobis. donum enim dei est.

Quarto ad coꝛporis illustrationẽ valde. n. magnuz est ꝙ grã illustrat ⁊ repleat aiam

Sed q̄ lux gratie tanta sit q̄ etiam redūdet in corpus ⁊ in faciē vel in corpus hoc est maximum. Unde dicit illa sācta Hester Vidi te domine quasi angelum domini valde admirabilis facies tua plena ē gratiarum. Possumus ergo dicere q̄ plenitudo gratie btē virginis in istis quatuor excessit gratiam datam ⁊ possibilem dari cuilibet creature angelice vel humane Primo filiez in diuine amicicie copulatione. quia alij homines vel angeli sunt deo coniungi vel copulari per gratiaz filialis adoptionis. sed beata virgo fuit deo cōiuncta per gratiam filiationis naturalis. quia ipsa vere fuit mater xp̄i nāaliter ⁊ corporaliter. vñ nō potuisset maiori gratia repleri q̄ repleri illo qui erat creator ⁊ dator omnis gratie. Excessit ergo omēs in gratie coniunctione ⁊ copulatione ad deum. Secūdo excessit omnes in gratia peccatorum remissionis quia peccatum originale ~~licet cōtraxerit statim vñ fuit ob illo purgata per sanctificationem in vtero~~ peccatum vero actuale vel personale nunq̄ cōtraxit neq̄ vel venialiter. Tertio excessit omnes alios in gratia salutationis. quia potest gratia alicui sācti impetrare vel operari salutem aliquorum vel alicui ⁊ prebere remedium in tali periculo vel in illo. Sed beata virgo salutem omnium hominum de mundo ⁊ omniuz angelorum operata est xp̄m generando. ⁊ potest remediū cōferre in omni periculo ⁊ in omni angustia. Unde dicitur in persona eius Cantico. xx. Mille clypei. id est mille remedia cōtra pericula occurrentia pendent ex ea ⁊ omnis armatura fortium. Quarto excessit omnes in gratia corporis illustrationis. quia gratia anime redundabat in corpus interius ⁊ exterius. Interius quidem ventrē eius fecundando. Vñ dicit Hugo de sancto victore q̄ quia in corde virginis marie ardor gratie spiritus sancti ardebat singulariter. Ideo in corpore eius mirabilia faciebat intantum vt de ea nasceretur ⁊ deus ⁊ homo. Exten? vero faciem eius ⁊ omnia mēbra eius radiando ⁊ illustran

cum non non contraxit originale in tanti conceptionis ordine
preservata per spiritum sanctum virtutem eam protegentem
virtutem eam adornabat &c.

do intantum vt Dionysi⁹ dicit in quadam epistola missa beato Johanni custodi virginis a quo cum petuisset mariam matrem domini sibi ostēdi ⁊ obtinuisset quod petebat visa ea ait Si diuinis litteris eruditus non essem ⁊ fide illuminatus oculos non haberez aliud lumen non esse crederē. ꝓpter irradiationem ⁊ splendorem eius. Ratione cui⁹ dicit Hilarius super Matheū ꝙ Joseph sponsus virginis non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum. plena ergo fuit beata virgo gratia diuine copulationis gratia peccatorū expurgationis. gratia omnium saluationis. ⁊ gratia corporis illustrationis. vt ipsa sola signanter possit dicere quantum ad ista quatuor quod scribitur ecclē. xxiij. In me omnis grā ⁊ omnis spes vite ⁊ virtutis.

Secundaz est dicendū ꝙ ō capite nostro xp̄o legim⁹ ꝙ fuit plen⁹ gratia Jo. i. vidimus gloriaz eius quasi vnigeniti a patre plenum gratie ⁊ veritatis. De beato Stephano legim⁹ Act. vi. ꝙ erat plenus gratie ⁊ fortitudine. ⁊ de omnibus apostolis scribit Act. ij. ꝙ repleti sunt omnes spiritu sancto. Qualiter ergo beata Maria fuit plena gratia differēter ab ipsis. Est sciēdum ꝙ xp̄s fuit caput hominum ⁊ angelorū. Juxta illud apostoli. Ipsum quidem dedit caput super omnem ecclesiaz que est corpus eius. A capite autem debet deriuari in membra sensus cognitionis ⁊ virtutis. ⁊ ideo in xp̄o fuit plenitudo gratie tanq̄ in capite. quia gratia ⁊ veritas p ipsum xp̄m facta est Jobannis. i. Et tanq̄ in creatore ⁊ datore gratie quia de plenitudine gratie eius omēs accepimus gratiā pro gratia. vt dicitur ibi. fuit enim xp̄s iesus donator dator ⁊ creator gratie. Effectiue quidem ⁊ principaliter per deitatem. Et instrumentaliter ⁊ meritorie per humanitatez. quia humanitas ꝑm Damasc. erat instrumentum diuinitatis mediante quo erant homines supra hominez operabatur. In beata autem virgine fuit plenitudo gratie. quia auctorem gratie generauit ⁊ portauit. Unde fuit plena gratia sicut

mater plenitudinis gratie.

Sed Stephanus ⁊ apo/stoli fuerunt pleni gratia sicut portitores ⁊ dispẽsatores gratie. Unde dicit Apostolus. i. Corinth. iiij. Sic vos existimet homo vt ministros xpi ⁊ dispẽsatores ministeriorũ dei Dicamus ergo q̃ xp̃s fuit plenus gratia. quia ipsam plenitudinem gratie potuit creare ⁊ donare omnibus. Beata autez virgo fuit plena gratia quia plenitudinem gratie potuit generare. Sed Stephanus fuit plenus gratia. quia gratiaz xpi potuit dispensare p̃dicare ⁊ defensare. Et sic aliter plenitudo gratie fuit i vno q̃ in alio.

D tertiam est dicendum q̃ in rebus naturalib⁹ inuenitur quadruplex perfectio.

Prima dispositionis.

Secunda forme introductionis.

Tertia operationis

Quarta finis adoptionis

Primo videmus q̃ est ibi idonea dispositio que ẽ aque calefactio.

Secũdo est ibi forme ignis introductio

Tertio est ibi ignis operatio puta sursum ascensio.

Quarto est ibi fumis consecutio. vt ignis in proprio loco quietatio.

In beata ergo virgine successiue quadrupler perfectio fuit. Prima fuit dispositiõis Et banc recepit in sua natiuitate ⁊ in eius vtero sanctificatione. Tunc enim fuit a peccato originali mũdata ⁊ sic sanctificata quo ad recipiendum dei filium facta fuit disposita ⁊ preparata ad recipiendum. Secunda fuit forme introductionis ⁊ banc recepit in eius annunciatiõe. Tunc enim in suo vtero recepit filiũ dei. quẽ recipiẽdo ab omni fomitis inclinatione fuit totaliter ei⁹ natura separata ⁊ in bono cõfirmata. Tertia fuit operis manifestationis. Et banc ostendit in eius purificatione. tunc enim corpus ⁊ fructum suum templo presentando omnibus manifestauit.

Ostendit tūc enim se esse matrem xpi. quia hoc officiū erat matris ꝺm legis preceptum filium cum oblationibus templo presentare

Quarta fuit finis ꝯsecutionis vt eterne fruitiōis ⁊ ab omni miseria liberationis Et recipit in sua assumptione qū exaltata est super choros angelorum ad celestia regna. ꝺm ergo ꝙ sancta mater ecclesia colit de virgine quatuor festa sic in ea fuit quadruplex pfectio gratie singularis. quia festum alicuius sancti non colitur diuersis vicibus nisi ꝓpter diuersitatem singularis gratie. Quia perfectio gratie dispositionis fuit in beata virgine in eius natiuitate ⁊ in ei⁹ vtero sanctificatione tunc ēm fuit sufficiens disposita ⁊ preparata. Perfectio ṽo gratie forme introductiōis fuit in ea in eius annunciatione. tunc ēm dei filio fuit ingrauidata ⁊ fecundata. Perfectio autē fructus manifestationis fuit in ipsa in eius purificatione. tūc enim ꝙ fuerit mater xpi omnibus fuit declarata. Sed pfectio finis adoptionis ⁊ eterne quietationis fuit in ea in eius assumptione. tunc enim super omnes celos est exaltata ⁊ ab omni miseria liberata. Ut de istis quatuor perfectionibus gratie intelligat quod scribit Isa. lviij. Implebo splēdoribus animam tuam in tua sanctificatiōe per idoneam dispositionem. ⁊ eris quasi ortus irriguus in tua annunciatione. per dei filij in tuo vtero receptionem. sustollam te sup latitudinem terre in tua purificatione per tui partus in templo presentationem. ⁊ cibabo te hereditate iacob patris tui. in tua assumptione per eterne fruitionis quietationem.

Ꝺ quartam est dicendū ꝙ inter dona gratie gratis date ⁊ gratum faciens triplex est differētia.

Prima quia dona gratie gratis date sunt cōmunia bonis ⁊ malis. Multi nanq; dicēt xpo in die iudicij. Domine in nomine tuo ꝓphetauim⁹. demonia eiecimus. mirabilia multa fecim⁹ quib⁹ tū respōdebit. Nescio vos. Sz dona gratum facientia solum dant bonis. Caritas enim ⁊ gratia nō dantur nisi diligentibus deū

Secūda est quia dona grē

gratis date dantur non solum pro vtilitate illius cui dantur sed etiam pro vtilitate aliorū Dona vero gratie gratum faciens principaliter dantur p illius vtilitate cui dantur.

Tertia est quia dona gratie gratis date possūt dari alicui sine operatione ⁊ vsu eorꝫ quia forte ille cui dantur non est in statu vel vt possit vel vt debeat talia dona ad vtilitatem aliorum exequi. Sed dona gratie gratum facientis sp dantur cum vsu ⁊ operatione eorum vel ipsorum. Cū ergo queritꝫ an beata virgo habuerit omnia dona gratie gratis date. dicendū est ꝙ omnia predicta dona habuit. Sed differēter ab apostolis ⁊ ab alijs quibus data sunt talia dona. Nam donum sapientie ⁊ sciētie perfecte habuit. Et dona ⁊ operationes donorum per modum cuiusdam familiaris exhortationis. sed non p modum publice predicationis sicut apostoli. quia sicut publice docere repugnat sexui femineo. donum vero loquēdi diuersas linguas credendum est etiam ꝙ non habuit ⁊ vsum ⁊ donum. qz hoc non repugnat conditioni persone eius. Similiter donū ꝓphetie habuit ⁊ vsum sicut patet in cantico illo. Magnificat anima mea dominum. Sed donum faciēdi miracula vel in curatiōe infirmorum vel in expulsiōe demoniorum in vita eius congruum non erat ipsam habere. maxime q̄diu doctrina xp̄i confirmata ⁊ manifestata nō fuit. quia illis solum talia dona miracula faciendi data sūt per quos erat doctrina repanda confirmanda ⁊ predicanda. Unde neq; Johānes baptista legitur fecisse miracula ne alibi homines ponerent fidem q̄ in xp̄i doctrina. Post mortem tamen gratia hec faciendi miracula magis in virgine viguit q̄ in aliquo sanctorum vel sanctarum.

Ō quintam est dicendū q̄ gratia gratum faciēs est illa que habentem deo facit gratum ⁊ carum. ⁊ quedi/ uidit habentem a filijs perditionis eterne. ⁊ numerat ipsū cum filijs regis eterni. Et hoc ꝓprie ipsa caritas. Unde ait Augustin⁹. xv. de trini. q̄ nullum donum gratie est excellēcius caritate, quia ipsa sola di

uidit inter filios regis eterni ⁊ filios eterne perditiõis. Sũt autem tria que p̃cipue reddũt deo hominem carum ⁊ gratũ

Primum est vitatio peccatorum.

Secũdum est operatio bonorum.

Tertiũ est sedatio ⁊ inquietatio cogitationum.

Deus autem separat se a cogitationibus que sunt sine intellectu. Ista autem tria tãgit propheta quando ait. Declina a malo. quantum ad peccatorum vitationem. ⁊ fac bonũ quantum ad bonorum operationem. Inquire pacem ⁊ p̃sequere eam. quantum ad cogitationum sedationez. Et q̃ ista quatuor faciant hominez deo carum ⁊ gratum ⁊ iustum patet per illud quod sequitur Quia oculi domini super iustos ⁊ aures eius in p̃ces eor̃.

Dec autez tria singulariter fuerunt in virgine Maria magis q̃ in aliquo sanctorum

Primo vitatio omnium peccatorum. quia nullum peccatũ incurrit nec veniale nec mortale. quod de nullo sanctorum dici potest. ⁊ hoc multum congrue propter eius puritatem. quia ipa electa fuit vt esset mater sapientie increate. De qua scriptum est q̃ nõ intrat in malivolam animam nec habitat in corpore subdito peccatis.

Secundo propter filij dignitatem. Nam sicut honor ⁊ gloria filiorum super parentes eorum vt dicitur Prouer. viij. Sic vituperium opprobrium ⁊ verecundia filiorũ est indignitas parentum Macula ergo ⁊ ignorãtia matris domini redundasset in filium

Tertio propter finis incarnationis dei congruitatem. Nam dei filius carnẽ assumebat de virgine vt peccata tolleret. iuxta illud Jo. i. Ecce agn⁹ dei ecce qui tollit peccata mundi. Et si carnem mundam ⁊ innocentem de virgine non accepisset non fuisset agnus ⁊ peccata ipse non tulisset. Secundo in virgine fuit opatio omniũ bonorũ. Nam gratia data est a deo cuilibet sancto ad operãdũ aliq̃s bonũ ⁊ aliq̃s gen⁹ virtutis. Non tamen vniuersaliter q̃ operetur omne bonum ⁊ q̃ fulgeat omni virtute. Ili

de sancto confessore dicamus. Non est inuentus similis illi qui. quod subintelligit in aliquo dono singularis gratie. Sm enim beatum Augustinum nullum hominem videmus sic priuatum virtute & gratia quē in aliquo gratie dono non debeamus ipsum arbitrari nobis superiorem. Sed gratia data beate virgini fuit operatiua omnis boni & omnis virtutis. Unde ipsa datur in exēplum omnium virtutum & omnium bonorum. Alij vero sancti in exemplum istius virtutis vel illius. vt Job in exemplū patientie. & Thobias in exēplum misericordie. Judith in exemplū castitatis. Hester vero in exemplum humilitatis. & sic de alijs. ꝓpter quod ipsa comparatur soli & lune. alij vero sancti stellis que a sole & luna recipiūt lumē.

Tertio fuit in virgine sedatio & quietatio omniū fluctuationum & cogitationum. Si enī Sm Augustinum ille sanctus Symeon dicit se fuisse dimissum in pace. solum quia oculi eius viderāt salutare dei. quō dicimus virginem sanctā non fuisse in pace & quietatā & terminatam quepacem omnium in ventre portauit. quietē omnium genera uit & terminū omnium terminauit. Fuit ergo beata virgo valde formosa in peccatorum vitatione. Et incredibili pulcritudine in virtutum & bonorum operatione & oculis omniuz gratiosa. in cogitatione sedatione & quietatione. vt in persona eius dicatur illud Hester. ij. capō.

Dominus tecū.

Sicut dicebatur supra posito verbo gratie impletionis. Hic euangelista ponit verbum diuine habitationis. Et correspondet istud verbum. s. Dominus tecum. per quod facta est nostra redēptio quarto creatiōis operi de quo scribitur Geñ. i. ꝙ quarto die posuit deus duo luminaria in firmamēto celi. vt lucerent super terram & preessent diei & nocti vt dicatur ꝙ dominus primo fuit cum virgine per duarum naturarum in utero eius personalem vnionem

Et quantum ad hoc dicit. posuit duo luminaria in firmamento celi. Nā luminare maius fuit ipsa diuina natura. q̄ dicente apostolo inhabitat lucem inaccessibilem. Et luminare min⁹ fuit natura humana Iste due nature ⁊ ista duo luminaria posita sūt in firmamento celi ⁊ in vtero virgina li per vnionem personalē nō per confusionem naturarum. quia dei filius quod erat permansit ⁊ quod non erat assūpsit non cōmixtionem passus neq; diuisionem. vnde extra de fi. catholi. scribitur. q̄ xp̄s vna in duabus naturis p̄sona existens viam vite manifestius demonstrauit.

Secūdo dicatur fuisse dominus cum virgine per humane mentis illustrationem. Et ꝓpter hoc ad hoc dr̄ vt lucerēt sup terrā. id est super terrenos homines. Nam sicut ꝑm Augustinū dominus dixit. Vos estis sal terre. non terram quā pedibus calcamus. Sed terrenos quorum extinguendis pudoribus ⁊ condiendis moribus apostolicum sal dominus misit debemus intelligere sic cū dicitur vt lucerent super terram. homines in terra habitantes intelligere debemus. Unde dicitur Job. i. q̄ ipse xp̄s erat lux vera que illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum.

Tertio dicatur dominus fuisse cum virgine per vniuersalem dominationē. Et quantum ad hoc dicitur. Ut p̄esset diei ⁊ nocti. id est vniuersaliter fideli vel iudeo ⁊ gentili. Sicut ꝑm Augustinum cū dicitur. Dies diei eructat verbum. Id est xp̄ianus xp̄iano. ⁊ nox nocti. id est gentilis gētili vel iudeus iudeo indicat sciam Illam nāq; de qua dicit apostolus Scientia inflat ⁊ caritas edificat. Ergo dominus fuit cum virgine per duarū naturarum personalem vnionē. per humane mētis illustrationem ⁊ per vniuersalem dominationem. Et quia dominus dicit de patre ⁊ de spiritu sancto ⁊ de filio. fuit etiam dominus cum virgine anteq̄ ipsam angel⁹ saluaret ⁊ diceret. dominus tecum. Ideo quinq; dubitationes queri possunt.

Prima vtrum singulariter fuerit cum virgine dominus pater

Secunda vtrum fuerit singulariter cum virgine domin' filius

Tertia vtrum singulariter fuerit cū virgine dominus spiritus sanctus.

Quarta vtrum fuerit dñs cuz virgine anteq̄ mitteret ad illam angelum.

Quinta vtrū nobiliori modo possit dominus esse cū aliqua creatura q̄ fuerit cum ea.

D primam est sciendum ꝛ dicendum q̄ Augustinus in libro de prescētia dei istam questionem determinat dicens. q̄ aliter deus dicitur esse vbiq̄ ꝛ aliter ī seipso ꝛ aliter in sanctis viris. ꝛ aliter in beata virgine. Nam vbiq̄ dicitur esse per deitatis presentiam. cum enim assistat vbiq̄ per suam infinitam virtutem nunq̄ absens est alicui rei. In seipō vero dicitur esse propter nullius rei continentiam. non enim continetur a rebus quibus p̄sens est ideo dicitur esse in seipso ꝓpter nullius rei cōtinentiam vel indigentiā. In sanctis autez viris dicitur esse propter inhabitationis gratiā Et quia dicente apostolo diuisiones gratiarum sunt idem autem dominus. Ideo per inhabitationis gratiam multis modis dicitur esse in sāctis viris. Quia ꝑm gratiam maiorem ꝛ minorē ꝛ ꝑm dona pluria ꝛ pauciora. Nam cum non agat ex necessitate. sed ex sua libera voluntate. diuidit singulis sua dona sicut vult. Sed in beata virgine de' pater fuit singulariter per sui filij inseparabilem substantiam. cum em̄ filius sit eiusdem substantie ꝛ nature cum patre. quia ego ꝛ pater vnum sumus. ex quo filius erat cum virgine ꝛ pater similiter erat. ꝑm quem modū non fuit dominus pater cum aliqua creatura homie vel angelo. quia non fecit q̄ aliqua creatura esset mater illius filij cuius ipse erat pater. Singulariter ergo domin' pater fuit cum virgine. quia in eodem filio in quo beata virgo erat vt mater in eodez erat dominus pater. licet em̄ in xp̄o fuerit duplex natura. s. diuina ꝛ humana. ꝛ ꝑm diuinam sit eiusdem substantie cum patre eterno. ꝛ naturam humanam accepit ex matre tempozaliter. personaliter tamen nō est nisi solus filius eternaliter genitus a pa

tre ⁊ tēporaliter ex virgine ma
tre. ⁊ quia generari ⁊ nasci est
persone ⁊ ypostasis. ideo vn⁹
⁊ idem filius est xp̄s eterni pa
tris ⁊ virginis matris. Et illū
eundem filium quem domi/
nus pater genuit eternaliter:
beata virgo genuit eundē tē/
poraliter. Unde dicit Dama/
scenus. iij. libro. c. xxv. yposta
sis ⁊ personam genuit sancta
dei genitrix in duabus natu/
ris. deitatem quidem ex patre
genitam eternaliter vel vlten⁹
aut ex patre ex seipsa incarna/
tam ⁊ carne genitam. Dicat er
go angelus virgini marie. Do
minus pater est tecuz. quia est
pater tui filij eternaliter cuius
tu nūc effecta es mater. Et vir
go benedicta respōdeat quod
scribitur Genes. xxviij. Vere
dominus pater est in loco isto
scilicet in vtero meo. per sui fi
lij inseparabilem substantiaz
⁊ ego nesciebam per eius car/
nis assumptiōis de vtero meo
ignorantiam. Nam qualiter
illa benedicta caro i vtero vir/
ginis formata ⁊ aniata ac dei
filio personaliter copulata fue
rit vt ipsa beata virgo essz ma
ter veraz illius cui⁹ celestis do/
minus erat pater. natura non
habuit. vsus nescuit. ignora/
uit ratio. humana mens non
capit. celuz pauet. terra stupet
denicp omnis creatura etiam
celestis miratur. ⁊ totuz quod
videlicet est per Gabrielē nun
ciatum. cum ei dicitur. Domi/
nus tecum. sicut Hieronym⁹
in sermone de assūptione.

D secundam est dicen/
dum q̄ Augustinus in
libro de symbolo legendo de
aduentu domini. ostēdit q̄ do
minus filius tribus modis
cum virgine fuit. quibus non
fuit cum aliqua creatura ange
lica vel humana.

Primo sicut filius cū vera
matre

Secundo sicut sponsus cū
sua sponsa.

Terno sicut nutritus cum
sua nutrice.

Naz sicut dei filius accepit
de virgine quicquid verus fi/
lius debet habere a vera ma/
tre. quia carnem animatā ani
ma rationali cū omibus suis
naturalibus ⁊ proprietatib⁹
de eius benedicto vtero acce/
pit. sic ipse fuit cum matre dei

modo quo verus filius ⁊ bonus debet esse cum sua matre. tribus modis.

Primo cum reuerentia et subiectiõe. Sic enim sanctus Thobias suo filio. Honorẽ exhibebis matri tue omnibus diebus vite tue.

Secũdo cum eius petitionis exauditiõe. preceptũ nãq; fuit in lege Moysi vt filius cõtemnens obedire parentibus deberet lapidari.

Tertio cum necessariorũ subuentione. quia preceptum illud. Honora parentes ſm Augustinũ magis de subuentione q̃ de exteriori reuerentia subintelligitur. Omnib⁹ aũt istis modis dei filius fuit cuz virgine sicut filius debet esse cum matre. Primo cum reuerentie subiectione. Nam super illo verbo Luce. iij. Descendit Jesus cum eis ⁊ erat subdit⁹ eis. dicit Ambrosi⁹. q̃ ab ipa primeua etate dei filius puto patri ⁊ vere matri fuit obediens labores corporales in standō ⁊ eũdo ⁊ necessaria procurando humiliter ⁊ reuerenter ad mandatum eorum sustinendo. Secundo cũ petitiõis exauditiõe. petiuit autem mater vt aquam mutaret in vinũ in nuptijs. ⁊ q̃uis hoc facere non conueniret ei ſm naturaz illam ſm quam erat eius fili⁹ tamen noluit matrem de hoc erubescentiam pati in conspectu multorz. sed humiliter ipsã exaudiuit. vt ait Augustinus. Tertio cum necessariorũ subuẽtione. quia non oblitus de cura ⁊ custodia eius existẽs in cruce ipsaz cure ⁊ custodie Johannis cõmendauit. Fuit ergo dominus filius cum virgine sicut filius cum vera matre

Secundo fuit cum ipsa sicut sponsus cum sponsa quia sicut mulier coniungitur viro ⁊ sponsa sponso ⁊ efficiuntur vna caro in vtero virginali copulata est deitati ⁊ personaliter facta est vnum cum ipsa in signum q̃ tota ecclesia fidelitũ copulatur xp̃o ⁊ efficitur vnus spiritus cuz ipso. Unde dicit Augustinus in libro supradicto q̃ dei filius i corde patris ⁊ hominis filius in vtero matris idem ipse vnus xp̃s qui p̃cessit ex vtero virginali tanq̃ (sponsus de thalomo suo

in quo vtero ſpũales nuptie celebrate ſunt. quia deus coiunctus eſt cami ⁊ caro adhe/ſit deo. vt eſſet vnus xp̃s deus ⁊ totus homo. Si ergo in vtero virginali celebratum eſt ſpi/rituale matrimonium bene di/cum eſt q̃ dei filius cum vir/gine fuit ſicut ſponſus cũ ſpõ/ſa. Tertio domin⁹ filius fuit cum virgine ſicut nutritius cũ ſua nutrice. Naz ſuper illo ver/bo Luce. ij. pannis euz inuol/uit ⁊ reclinauit eum in preſe/pio. dicit Dieron⁹. q̃ nullus in parturitione virginis fuit obſtitrix nulla mulierculaꝝ ſedulitas interceſſit. Sed ipa virgo infantem inuoluit pan/nis ipſa mater ⁊ ipſa obſtitrix ⁊ eius vero educatione nulla nutrix nulla lactans. ſed ipſa nutrit ⁊ ipa mater. multi nãq̃ ſunt filij alicuius mulieris ge/neratione ſed non nutritione. Sed virgo beata dei filij ma/ter eſſe meruit ⁊ nutrix. Unde dicit Auguſtinus in quodam ſermone de aſſumptiõe. lacta mater creatorẽ tuum lacta pa/nem celi lacta preciuz mundi prebe lactanti mamillaz vt p/te ipſe prebeat peraurienti ma/millam. tu illi vt mater tempo/ralem miniſtra ſubſtantiã. ipe nobis ⁊ tibi vitã tribuat ſem/piternam. Dominus ergo fi/lius cum virgine glorioſa fuit tribus modis. quibus nõ fuit cum aliqua creatura.

Primo per veram filiatio/nem.

Secundo per ſpiritualem deſponſationem.

Tertio per temporalẽ nu/tritionem. Ut de iſtis trib⁹ in/telligat quod ſcribit Ezechie. xliij. Dominus deus iſrael in/greſſus eſt per eam per ſuper/nalem filiationem. Nam vir/tute ſpiritus ſancti non natu/ra dei filius ingreſſus eſt p̃. ve/rum virginis. humanam na/turam ex ipſa aſſumendo. Et princeps ſedebit in ea. p̃ ſpiri/tualem deſponſationem qua perſonaliter natura humana fuit copulata deitati. Et ſpiri/tualiter tota eccleſia ipſi xp̃o. vt comedat panem per tem/poralem nutritionem.

D tertiam eſt dicendum q̃ ſicut ex dictis Ambro/ſij in libro de virginibus col/ligi poteſt. Dominus ſpiritus ſanctus ſingulariter fuit cum virgine in mente eius per ſan/ctificationem eius. in vtre p̃

ꝓlis formationem. ⁊ in ope
per donorum diffusionem
Quamuis enim sanctificatio
nem sanctorum omnium ope
retur spiritus sācts. quia ipe
in animas sanctorum se trans
fert amicos dei constituendo
⁊ ꝓphetas faciendo. vt dicit
Sap̄. vij. Cum quadaz tamē
singulari magnificentia ope
ratus est sanctificationem vir
ginis glorioſe. iuxta illd̄ psal.
Sanctitas ⁊ magnificēntia in
ctificatione eius. Ista autem
singularis magnificentia san
ctificatiōis virginis apparuit
singulariter in duobus.

Primo vt per eam mun
daretur quatinus totam vitā
suam duceret non solum sine
peccato mortali. verum etiam
sine veniali

Secundo vt sic mundaret
quatinus filium pareret sine
peccato originali. Primum
nunq̄ fuit concessum in sancti
ficatione alicuius sanctorum
Secūdum vero nunq̄ fuit cō
cessū in sanctificatione alicui⁹
mulieris. Singulariter ergo
dñs spiritus scūs fuit cū vir
gine in mente per sanctificatio
nem. in ventre vero singulari
ter fuit cum ea per ꝓlis for
mationem. ⁊ in opere per do
norum diffusionem. Verum
nanq̄ est q̄ totam illam sub
stantiam ⁊ totum illum puris
simum sanguinem ex quo cor
pus xp̄i benedictum substan
tialiter est formatum virgo be
nedicta administrauit sicut ve
ra naturaliter mater. Sed vir
tus illa qua tale corp⁹ in vte
ro virginali formatuz est ⁊ cō
paginatum vel organizatum
sicut in alijs mulierib⁹ est ma
teriale semen. sicut beata vir
gine virt⁹ spiritus sancti. Un̄
Damascenus dicat q̄ spiritus
sanctus in formatione corpo
ris xp̄i fuit diuinum semen. p
pter quod in simbolo aposto
lorum scribitur q̄ xp̄s ꝯceptus
est de spiritu sancto. Ergo sin
gulariter fuit dominus spirit⁹
sanctus cum virgine per ꝓlis
formationem.

Tertio singulariter fuit cū
ipsa in conuersatione ⁊ opere
per donorum diffusionem qz
talis fuit beatissima maria vt
eius vnius vita omniū sit di
sciplina. Et hoc ideo vt dicit
Ambrosius in supradicto li
bro. quia ipsa corde humilis
verbis grauis. animo prudēs
loquendi paratior. legēdi stu

diosio2.intenta operi.vereun
da sermoni.vexillum fidei. de
uotionis obsequiuz. virgo in
tra domum.ad piuz misterū
comes mater ad templum om
nia virtutum opera beata vir
go complexa est in se. ffuit er/
go dominus spiritus sanctus
singulariter cū virgine im mē/
te per sanctificationem in ven
tre per prolis formationem. et
in conuersatione ꝛ opere ꝑ do
noꝛum diffusionem. vt signā/
ter dicatur de ipsa quod scribi
tur Sap̄. vij. Est enim in illa
scilicet in beata virgine spūs
sanctus victus per sanctifica/
tionem omnem habens vir/
tutem omnia prospiciens per
prolis formationem. Et quo
capit omnis sensus per dono
rum diffusionem.

D quartam est dicendū
ꝙ deus est cum qualibz
creatura per dettatis potentiā
presentiam ꝛ essentiam. quia
celum ꝛ terrā ipse implet. ffue
rat igitur deus cum beata vir
gine istis tribus modis ab in
stanti sue creatiōis. fuerat etiā
cuz ipsa anteq̄ nesceretur per
graciam sanctificationis. Cū
ergo virgo iam esset annoruz
quindecim. quando angelus
gabziel missus est ad eā. opoz
tet autem dicere istā missionez
dñi fuisse cū ea virgine. Sol/
uam? istā questionē modo cō
simili sicut solute Aug̃.iij.de
trin.q. de missione spirit? san
cti.an.s. missus fuerit anteq̄
xp̄s celum ascenderet. Nam ex
presse dicit euangelista Johā
nes ꝙ nondū spiritus sanct?
esset datus. quia Jesus non
erat glorificatus. ꝛ tamen pla
nū est ꝓphetas ꝛ patriarchas
veteris testamenti spiritū scm̄
habuisse. qz spū sancto inspi/
rati locuti sunt sancti homies
dei. Ad hoc ergo respōdet Au
gustinus ꝙ anteq̄ xp̄s celum
ascenderet spiritus sanct? fuit
datus patribus veteris testa/
menti. Sed taliter post rp̄i a/
scensionē fuit datus qualiter
nunq̄ fuerat ante. Nunq̄ enim
fuerat ante missus in linguis
igneis sicut in die pentheco/
stes missus fuit. Habitura er/
go fuit missio spiritus sancti
quandā nouitatē post ascen/
sionē rp̄i ꝑm Aug̃. qualē ante
nūq̄ habuerat. ꝓpter quā di/
cū ē. Nōdū spūs scūs erat da
tus. qz Jesus nōdum erat glo
rificatus. Sicut dicere possu/

mus ꝙ ante missionez angeli
dñs fuit cū virgine modis su
pradictis. Sz taliter post mis
sionez angeli fuit cū ea quali
ter ante nūꝙ fuerat. Nā nūꝙ
fuerat cū virgine p receptionē
būane nature de ytero eius in
vnitate persone sicut tuncꝫ fuit
Nec vnꝙ fuerat verum dice/
re. a te deus factus est homo.
dñs factus est seruus. creator
factus est creatura. sicut fuit ve
rum dicere post annunciatio/
nem angeli

Quintam est dicendū
ꝙ dicere dominum po/
tuisse esse nobiliori modo cuz
aliqua creatura ꝙ cum beata
virgine potest habere duplicē
intellectuz. Primo ꝙ fuerit z
potuerit esse nobiliori modo
per modum personalis vnio/
nis. Et sic planum est ꝙ nobi
liori modo dei filius fuit cum
humanitate assumpta ꝙ cum
beata virgine. quia ex deitate
dei filij z beata virgine non
fuit facta vna ꝑsona ita ꝙ es/
set verum dicere. beata virgo
est deus. sicut dicim? ꝙ ex hu/
manitate assūpta z deitate fa/
cta fuit vna persona. vt sit ve
rum dicere. verbū caro factuz
est, valet dei filius fact? est hō

Sed si queratur an nobiliori
modo fuerit vel esse potuerit
cum aliqua creatura ꝙ cū bea
ta virgine per moduz filiatio
nis. Dicendum est ꝙ nō. quia
nō posset fieri quacunqz potē
tia eo ꝙ nō est factibile. quia
aliqua mulier vel creata que/
cunqz esset mater filij nobilio/
ris filij ꝙ fuerit beata virgo.
Nam cū ipsa fuerit mater dei
filij sicut non est possibile esse
nobiliorem filium ipso dei fi/
lio. Sic non esset possibile ꝙ
aliqua creatura esset mater no
bilioris filij ꝙ ergo maria fuit

Benedicta tu i mulieribus.

Osito verbo diuine ba
bitatiōis. In parte ista
euangelista ponit verbū bene
dictiōis. Et correspōdet istud
verbū p quod facta sunt om/
nia. vel per quod facta est no/
stra redemptio. quinto operi
creationis. Nā quinto die da
ta est benedictio omnibus vi
uentibus vt se inuicem ppa/
garent z generarent. Licet em
tertia die aliqui plante z ber/
(be fuerint producte

benedictionem tamē generandi ⁊ propagandi quinto die omnia acceperūt. Juxta illud Geñ.i. Benedixit eis dicens crescite ⁊ multiplicamini. Et post septem dies postmodū in opus exiuerunt. Unde de ista benedictiōe virginis marie per quam est nostra redemptio facta potest itelligi quod scribitur Geñ.i. Germinet terra herbam virentem ⁊ lignū faciēs fructum. vt dicatur virgo fuisse terra germinans p rectam benedictionem fecunditatem. Quia sicut quinto die omnia benedicta fuerunt per quam benedictionem sic fecūdata fuerunt vt se inuicē possent propagare post diem septimum. Sic benedicta virgo in quinto verbo salutationis angelice fuit benedicta. p quā facta est fecūda vt pareret dei filium. Et sicut benedictio data fuit creaturis vt se inuicem propagarent vel producerēt in mense marcij. quia in marcio deus creauit mundū. quo tēpore omnia pululant ⁊ dāt opera propagationi. quia tūc in vernali versione deus creauit vniuersa sicut dicit Damascenus. ij. libro. c. vi. Sic beata virgo in marcio ⁊ in vernali versione hanc benedictionem recepit. dicatur vero fuisse germinans herbam virentē ⁊ per fructus generositatem. tūc em̄ impleta est illa figura que ponit Nume. xvij. Ꝙ virga Aaro̅ germinauit ⁊ flores emisit. sed dicatur fecisse lignum faciens fructum per omnium hominū copiosam vtilitatē. Sicut em̄ Eua per fructum ligni omnibus maledictionem intulit. sic beata virgo per fructum ligni crucis xp̄i sui b̄ndicti filij omnibus benedictionem contulit. Germinet ergo terra per rectam benedictionis fecunditatem herbam virentem per fructus generositatem. Et lignū fructum faciens per copiosam omnium hominum vtilitatē ⁊ de ista ergo benedictione virginis quinq; dubitatiōes esse possunt.

Prima vtrū beata virgo super omnes mulieres fuerit benedicta.

Secunda vtrū sola virgo a maledictionibus mulierum fuerit immunis.

Tertia vtrum per eius benedictionē ⁊ omnes mulieres sint benedicte.

Quarta vtrum per talē benedictionem super omnes angelos sit exaltata.

Quinta vtrum per talem benedictionem sit ad celuz in corpore ⁊ anima eleuata.

D primam est dicendū q̄ sicut dicit Augustin⁹ in quodam sermone de virgine. decem benedictiones beata virgo habuit super omnes mulieres quas ipsamet narrat sibi ⁊ toti generi humani per fructum eius fuisse collatas in cantico propbetico quod cecinit in domo Elisabetb. Nam prio ipsa dei beneficijs a deo receptis fuit singulariter grata. Et banc exprimit cum ait. Magnificat anima mea dominum. Ac si diceret. quanto maiori miraculo bñdictio datur a deo tanto magis teneor magnificare ⁊ glificare in me mirabilia operantem. vt dicit Augustinus

Secundo in suo conceptu fuit singulariter lenificata. Et banc exprimit cum dicit. Et exultauit spiritus me⁹. in deo salutari meo. Eua enim luxit. Maria in suo conceptu exultauit. Eua lacbrymas. Maria gaudium in ventre porta uit. vt dicit Augustinus.

Tertio in sua bñilitate fuit singulariter adeo approbata Et banc exprimit cum dicit. Quia respexit bumilitatē ancille sue. Multorum nāq̄ bumilitas a deo non respicit. qz a deo non approbatur eo q̄ ē qui nequiter se bumiliat ⁊ interiora eius plena sunt dolo. vt dicit spiritus sanctus

Quarto in omnibus gentibus fuit singulariter laudata. quod exprimit cum dicit. Ecce enim ex boc beatam me dicent omnes generationes. Si enim beati dicūtur qui habitant in domo dei quantum magis laudis preconium decet dare sacrosācte virgini marie. que p̄m carné verbi dei genitrix est effecta. vt dicit Athanasius.

Quinto in sua virginitate fuit singulariter a deo cōseruata. Et banc exprimit cū ait Quia fecit mibi magna qui potens est ⁊ sanctum nomen eius. Quomodo nanq̄ magna vt dicit Augustinus nisi quia intacta ⁊ illibata permanens mater effici meruit non cuiuscunq̄. sed vnigeniti saluatoris ⁊ creatoris celi ⁊ terre

Sexto in suo fructu salutē fuit omnium operata. Et hāc exprimit cum dicit. Et misericordia eius. qua. s. vnigenitū filium eius ex meo vtero fecit nasci a progenie ⁊ in ꝓgenies timentibus eum. Non ēm ad vnam gētem solam. sed ad omnes ista misericordia se extendit

Septimo per eius partuz superbia ⁊ potentia demonū fuit singulariter cōculcata. Et hanc exprimit cum dicit. Fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis sui per tales enim superbos cateruam demonum beata virgo intellexit quos seuientes i terra filius eius qui est brachium patris aduenies dissipauit ⁊ ꝓpeditos ab eis sue obedientie restituit vt di. crisi. i glosa

Octauo per filiū ei⁹ humilitas apostolorum fuit singulariter exaltata. Et hanc exprimit cum dicit. Deposuit potentes de sede et exaltauit humiles. Hac gis enim sapiebant philosophi gentium et sapientes mūdi quos christus deposuit quia dicente apostolo perdidit sapientiam sapientum ⁊ humiles piscatores humiliantes se subpotenti manu dei exaltauit quibus dedit potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones. vt dicit glosa.

Nono per doctrinam sui filij vel eius filij esuriens omnium fuit singulariter saciata. Et hanc exprimit cum ait. Esurientes implenit bonis et diuites dimisit inanes. Qui enim terrena desiderabāt saciari nō poterant nisi per christum qui dedit eis panem de celo habētem omnem saporez ⁊ omnez delectamentum suauitatis. vt dicitur sap̄ decimooctauo.

Decimo per eius singularem confessionem ꝓmissio omnium antiquorum patruz fuit vniuersaliter termiata. Et hāc exprimit cum dicit. Suscepit israel puerum suuz ⁊c. Semē nāq; patriarchārum appellat genitos ab eis non solum carne verum etiam fidei eorum & vestigia imitantes quib⁹ aduentus saluatoris est promissus. ⁊ per confessionē virginis impletus vt dicit glosa.

Istas autem benedictiōes sola virgo habuit ⁊ acquisiuit totu humano genere. inter oēs

mulieres vtī persona eius in
telligatur dictum quod scribi
tur Judith.xiij. Benedicta tu
a domino deo excelso qātū ad
benedicentis celsitudinez pre
omnibus mulieribus sup ter/
ram quantū ad opationis mi
titudinem qui direxit te in vul
nam capitis principis inimi/
corum nostrorum quantuz ad
vtilitatis magnitudinem.

Ꝺ secundā est dicenduz
Ꝙ ꝓpter pcām primorū
parentum mulieres ꝑ se qua/
tuor maledictionibus fuerunt
suppositе. Et mulieres simul
cum viris quatuor alijs. Ita
Ꝙ computatis omnibus ma/
ledictionibus communib⁹ et
proprijs octo maledictionib⁹
suppositе fuerūt mulieres nā
concipere cū corruptione. por
tare cum grauedine ꝛ bonera/
tione. parere cū angustia ꝛdo/
lore. conuersari cum viro cum
timore ꝛ subiectiōe. Conueni
unt hec quatuor maledictio/
nes mulieribus de quibus di
citur genes tercio. Multiplica
bo erumpnas tuas ꝛ concep/
tus tuos paries filios ꝛ sub vi/
ri potestate eris. Sunt autem
iste quatuor comunes mulieri
bus ꝛ viris. Quarum prima
est frliorum in membris defe/
ctus ꝛ diminutio potest autez
esse defect⁹ ꝓpter femie ꝛ
viri Secūda est antiqui serpē
tis impugnatio quia pugna/
re cum antiquo serpente cōue
nit mulieri ꝛ homini. Tertia ē
in sudore vultus transit muli
er vitam suā sicut bō Quarta
est in puluerem resolutio quia
esse cinerem ꝛ in cinerem con/
uerti sic conuenit homini sicut
mulieri.

Ab omnibus ergo istis ma
ledictionibus liberata fuit be
ata ꝫgo ꝛ sola ipsa ꝛ nulla alia
Nam ipsa sine corrupti one cō
cepit quia in eius conceptu nul
la libido fuit sine bonere ꝛ gra
uedine portauit quia qđ alijs
fuit in sarcinā sibi fuit ad glo
riā ꝛ leticiā sine angustia ꝛ do
lor peperit ꝛ virgo post partū
pmansit. Et sub viri potestate
non remansit. Quia ꝑm aug⁹
Nō viro sed spiritu sancto in
tegrimis viscenbus eius chri
stum cōcepit ꝛ peperit. ffuit ꝫ
virgo liberata a maledictioni
bus proprijs mulieribus. Si
militer liberata fuit a maledi/
ctionibus communib⁹ ptisꝫ

Nam liberata fuit a prolis defectu ⁊ diminutione. quia speciosum forma pre filijs hominum generauit. A serpētis impugnatione. quia sibi seruabatur hec victoria quod continet caput eius in sudore vultus in educatione. Quia nō solum beata Maria sed etiā omnis mulier innupta ⁊ virgo cogitat vt deo placeat. Et liberata est a sollicitudinibus mundi vt dicit aposto. Lbo xvij. Et liberata ab in puluere resolutione. quia in corpore ⁊ anima in celum est assumpta. vt infra ostendetur. Peruenit ergo dei filius matrem suam benedictionibus dulcedinis quia ab omnibus maledictionibus fuit liberata. ⁊ posuit i capite eius coronam de lapide precioso. quia decem benedictiōibus supra positis fuit dotata ⁊ decorata ỽgo maria

Ꝺ tertiam est dicendum ꝙ in būani generis creatione mulier facta fuit dupliciter in adiutorium viri sui

Primo ad diuini precepti obseruationem. Nam solitudo multum est periculosa ⁊ propter malarum cogitationum superuentionē ⁊ propte dyaboli impugnationem. Facilꝫ igitur homo per societatem femine ⁊ femina propter societatem viri potuisset diuinum preceptum seruare ꝙ quilibet eorum per se. Unde dicit quedam glosa Geneƀ. iij. ꝙ dyabolus obseruauit tempus vt mulierem sine viro posset inuenire eo ꝙ si cum viro inuenisset nequaquā fuisset ausus ipsam sic remptare. Ue enim soli dicit scriptura. quia si ceciderit non habet subleuantem si autem fuerint duo fouebuntur mutuo.

Secundo ad prolis generationem. Nam ỽm Augustinum super Geneƀ. ix. Subtracta prolis generatiōe non inuenio ad quid facta sit mulier in adiutoriū viri. De istis ergo duobus anteꝙ eligeret virgo beata mater dei filij poterant īsultare ⁊ causare homines ⁊ angeli contra mulieres Naz homo poterat dicere ⁊ insultare mulieri. tu fuisti facta in adiutorium meum ad diuini precepti obseruationem vt per mutuam societatem dyaboli impugnationem posse/mus vitare. ⁊ tu fuisti mihi cā diuini precepti transgressiōis

vnde merito possum te incu/
sare et me excusare dicẽdo mu
lier quã dedisti mihi dedit mi
hi de ligno ⁊ ẽ ligno comedi
Angel⁹ vero poterat insultare
mlieri ⁊ dicere tu data fuisti vi
ro ad prolis generationez. vt
p honorabiles nuptias ⁊ tho
rum immaculatũ fieret filiorũ
generatio. ⁊ nostre ruine repa
ratio. Sed propter tuum pec/
catum non generãtur filij per
quos ruina nostra repetur. ſz
magis per quos ciuitas dya/
boli augmentetur. Quia om
nes nascuntur filij morte eter
na digni vnde erant mulieres
omnes ante ortũ virginis ma
rie superposite insultationi ⁊
obprobrio hominum ⁊ ange
lorum quia tam homines ꝑ
ãgeli cãbant cõtra ipsas. Sz
per hanc benedictionem ma/
rie qua electa est in adiutoriuz
viri vt ipsius christi vel ad hu
mani generis redemptionem
benedicte sunt omnes mulie/
res per homies et p angelos.
Nam homines dicãt dedit no
bis lignuz vite ⁊ salui facti su
m⁹. Et sicut per mulierẽ mors
fuit primo naturata nobis sic
per mulierem vita est nobis ꝑ
mo nuntiata. vnde dicit am/
lius matbei vltimo ꝙ femina
que quodãmodo fuit mortis mi
nistra venerandum resurrecti/
onis misterium primo percipi
tur ⁊ nũciauit apłis. Ex quo
femineum genus adeptuz est
sue ignorantie absolutionis ⁊
maledictionis repudium. An
geli vero dicũt mulier genuit
nobis vnum filium qui est ip
sa vita in quo omnes nati per
mulieres regenerẽtur ⁊ vnifi/
carentur per quos non solum
nostra ruina reparatur verum
etiam nostra supema ciuitas
augmentatur. Quia ꝑm aug⁹
Numerus saluandorum erit
secundum numerum angelo/
rum remanentium non secun/
dum numerum cadentiuz erit
Et planum est ꝙ plures fue/
runt remanentes ꝙ̃ cadentes
quia non ceciderunt nisi tot q̃
si remansissent decimũ ordinẽ
significatũ p dragmã perditã
fuissent. Per virginẽ aũt ma
riam ⁊ per benedictionem ei⁹
omnes mulieres sũt bñdicte
⁊ per homines et per angelos
vt non amplius per eos eis i
sultetur vt im properetur. Sz
bonor magis exhibeatur ⁊ g̃

rarum actio referatur. Et hoc
est quod dicit Hieronym⁹ in
sermone de assumptione. tali/
bus inquit decebat virginem
opinerari muneribus vt esset
plena gratia ⁊ bñdicta in mu
lieribus. que dedit celis. id est
angelis gloriaz. ⁊ terris. id est
hominibus. deū. fidem genti
bus. finem vitijs. vite ordinē
moribus disciplinam. vt om/
nes mulieres insurgentes in
gratiarum actionez merito di
cant cum propheta. Benedi/
xisti domine terram tuā ⁊ auer
xisti captiuitatem iacob. quā/
tum ad nostre maledictionis
supplantationez.

D quartum est dicendū
q̄ Hieronymus in ser/
mone de assumptione hāc du
bitationem determinat dicēs
beatam virginem super om/
nes choros angelorum esse ex
altatam. ⁊ subdit q̄ de nullo
aliorum sanctorum fas est cre/
dere vt vltra angelorum atq̄
archangelorum merita trāscen
derint. Sicut de beata Hilda/
ria indubitanter ⁊ confiden/
ter canit ecclesia. Sed cum di
camus nouez esse ordines an
gelorum iuxta doctrinā apo/
stoli. ⁊ beata virgo super om/
nes ordines angelorum est ele
uata oportebit ponere deci/
mum ordinez in quo ipsa vir
go sit locata. ita q̄ vel erūt de/
cem ordines angelorū vel ipa
virgo beata cōstituet decimū
ordinē per se super omnes no
uem angelorum ordines am
plius q̄ ipse xp̄s transcende/
rit super oēs angelos. Juxta
illud psal. Ascendit super che
rubin ⁊ volauit super pēnas
ventorum faciet ipse xp̄s ordi
nem aliuz super omnes ange
los ⁊ super beatam virginem
cum ipse xp̄s fuerit creator ⁊
beata virgo creatura pura.

Sciendum est ergo q̄ xp̄s
fuit deus ⁊ homo ⁊ inquan/
tum deus non debet poni in
ordine creaturarum cum ipse
habitet lucem inaccessibilez ⁊
infinitam quam nulla creatu
ra āgelica vel humana potest
comprehendere.

Inquantū vero homo fuit
caput hominum ⁊ angelorum

deberetur sibi eadem adora/
tio ⁊ exaltatio ꝙm Damascenꝰ
que debetur deitati. quia hu/
manitas nō est separata a dei
tate. vn de sicut eodem timore
timet ignis ⁊ carbo ignis. sic
eadem exaltatio debetur hūa
nitati xp̄i ⁊ deitati cui contun
cta est hūanitas. ꝓpter quod
nec xp̄s vt homo debet poni
in ordine creaturarum. Beatā
autem ✠Dam̄ post xp̄m su
per omnem creaturam aliā an
gelicam vel humanam nō est
dubium esse exaltatā. Nec tñ
ꝓpter hoc erit decimus ordo
angelorum. Sed tenebit gra/
dum in supremo ordine ange
lorum. Et quia supremus or/
do angelorum est ordo Sera
phim. ✠Ideo in ordine Sera/
phim ipsa supremum gradum
tenet. Dato enim ꝙ dicamus
papam super omnes homies
esse exaltatū. nō propter hoc
debemus eum ponere in ordi
ne angelorum ⁊ trahere eū ex/
tra ordinem hominum. Sed
in toto ordine humane natu/
re ipse papa sūmum gradum
tenet. Sic cum dicimus exal/
tata est sancta dei genitrix sup
chotos angelorum non debe
mus ipsam locare in ordine
diuinarum personarū. nec tra
bere ipsam extra omnes ordi/
nes angelorum

Sz in supremo ordine pu
ta Seraphin ipsa tenet gra/
dum supremum. Interpretan
tur autem seraphin. ardentes
Et ipsa dubium non est. fuit
magis ardens ⁊ accensa cari/
tate ꝙ aliquis existens in or/
dine Seraphin.

Dato enim ꝙ Crisostom⁹
dicat de Paulo ꝙ sicut ferrū
missum in ignem nō est aliud
ꝙ ignis. Sic anima Pauli
ardens caritate non erat aliud
ꝙ caritas. hoc intelligendum
est sic. ardentem fuisse caritate
per diuine gratie infusionem

Sed beata virgo erat ar/
dēs caritate per diuini ignis
ardoris conceptionem ⁊ parti
tionem.

Super omnes ergo crea/
turas fuit ardens qui deum
ipsum qui caritas est meruit
concipere ⁊ parere.

Ac per hoc super ordinem sera
phin elevata ⁊ ad dexterā sui
filij locata. Non tamen extra
ordinem angelorum ⁊ creatu
raruz sepata vt de eius eleva
tione dicatur ⁊ itelligat quod
scribitur tertio regum secundo
venit bersabee ad regem salo/
monem quantum ad virginis
exaltationem vt loqueretur ei
padonia quantum ad eius ꝑ
humano generi deprecationē
positusq; est thronus matris
regis ⁊ sedit ad dextram eius
per eius filij honorificam re/
demptionem.

Ad quintam est dicen
dum ꝙ sicut augusti
nus in quodam ser/
mone de assumptione in sacra
scriptura ait postquam deus
virginem commendauit disci
pulo nihil de ea reperitur scri
ptum preter illud quod lucas
narrat in actibus apostolorū
hij omnes erant perseverātes
in oratione. Quid ergo sencā
endū sit de assumptiōe virgi/
nis an cum corpore ⁊ anima
assumpta sit post eius obituz
vel corpus eius in cinerem sit
resolutum ⁊ quid sit de hoc te
nendum ex quo scriptura ni/
hil de hoc dicit puto ꝙ teme/
rarie non est alterum istorum
asserendum tamen alterum si
ne periculo ⁊ pie est credendū
puta ꝙ corpore eius sanctissi
me resuscitato anima eius cū cor
pore sit assumpta. Et ꝙ sic sine
periculo fidei sit credendū
paret primo. Quia euange/
liste ⁊ apostoli non fuerunt te
stes ⁊ scriptores virginis ni/
si quantum faciebat ad narrā
dum veram christi hūanitatez
non ad sanctificandum eius
conditionis dignitatem. Se
cundo quia secundum augu/
stinum in de vera religione in
sacra scriptura falsa sunt sem/
per respuēda vera semper sūt
tenenda. dubia vero tam diu
credenda donec aliud precipi
at ecclesia vel ratio doceat.

Tertio quia vt dicit augu⁹
in supradicto sermone de illo
ꝙ scriptura non commemorat
ad querendum est ratione qđ
consentiat veritati. Et tunc ip
sa veritas auctoritatis hūana
est sine qua auctoritas valet.
Queramus ergo cum augu/
stino quid per rationem sit cō
sonum venturi de assumptio
ne virginis ꝙ cum corpore sit

assumpta. Quãtum ergo ad pñs spectat beata virgo octo modis considerari potest.

Primo quãtum ad carnẽ xp̃i. ⁊ sic cum ipsa naturalẽ habuit vnitatem.

Secundo quantum ad pximos parentes a quibus traxit originem. ⁊ sic habuit eorum maledictionis immunitatem

Tertio quantum ad ipsum xp̃m. ⁊ sic habuit vere matris dignitatem

Quarto quantum ad ipsũ celũ. ⁊ sic cũ ipso habuit quãdam conformitatem

Quinto quantum ad sanctos veteris testamẽti. ⁊ sic supra eos habuit singularem cũ deo familiaritatem.

Sexto quantũ ad sanctos noui testamenti. ⁊ sic supra omnes honoris ⁊ reuerentie habuit immensitatem.

Septimo quantum ad labores quos p̃ xp̃o in presenti vita habuit. ⁊ sic habuit corporis integritatem.

Octauo quãtum ad eius fideles. ⁊ sic ab omnibus ipa habuit confidentie securitatẽ

Octo ergo rationes possũt accipi ab Aug⁹. in diuersis locis consone veritati qua ostenditur ꝙ in corpore ⁊ in anima virgo beata ad celestẽ requiẽ sit assumpta.

Prima ex carnis xp̃i vnitate. Nam caro xp̃i ⁊ caro beate Marie vna caro fuit. qz carne virginis ⁊ purissimis sanguinibus eius caro. s. xp̃i fuit formata. Idẽ ergo locꝰ ⁊ idẽ bonor debet vtriq; cami. Sz xp̃s suã carnẽ post mortẽ non tradidit vermibus in escã ad comedendũ. qz nõ dedit corpus sanctũ suum videre corruptionẽ. Sed supra celos bũa nã naturã honorauit ⁊ exaltauit. Ergo multo magis matern㈠ carnẽ sic exaltauit ⁊ honorauit.

Secda ex ei⁹ maledictiõis imunitate. Nã virgo imunis fuit in vita ab illa maledictõe puluis es ⁊ in puluerez ibis. Nam ꝟm Aug⁹. putredo ⁊ vermis bũane ꝓditõis est opprobriũ. a quo opprobrio matrẽ decuit esse alienã. qz filiꝰ eius qui venit legẽ nõ soluere sed adimplere. in opprobriũ matris nõ potuisset delectari. aliter. n. nõ diuisset. honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuam

Tertio ex matris dignitate nã beata virgo ꝟm Aug⁹. ge-

nuit dei filiū mente. fide ⁊ corpore. quod fuit singulare in ea. qz mlti ꝯcipiunt xp̃m fide in aīa ⁊ in mente. sed non in corpore. In hoc. n. beata virgo non habuit simile nec habebit sequēte. qz ipsa sola fuit mater dei corpaliter ⁊ mentaliter. Sicut ergo ei⁹ anima seruata fuit integra sine omnis peccati maculatiōe ꝓpter partū mentis. sic corpus eius benedictū debuit integruz seruari sine omni corruptiōe ꝓpter partum corporis

Quarto ex celi conformitate. Nā celū nature est incorruptibilis. Illa ergo ꝑsona que fuit incorrupta in anima ⁊ in corpore magis debet seruari in celo q̄ in terra. Naz multi sūt incorrupti in anima ⁊ sancti/ficati sicut omnes homies baptisati in fide trinitatis nō obstante tñ hac sanctificatione ⁊ incorruptiōe anime adhuc generāt filios peccato corruptos ⁊ hoc ideo. qz illa incorruptio ⁊ sanctificatio anime nō transfunditur in carnē. Unde quia corpus ⁊ caro remanent corrupta ⁊ maculati filij generātur corrupti ⁊ maculati. igitur qz anima beate virginis facta fuit incorrupta ꝓ primā sanctificationem in vtero ⁊ corpus fuit factū imaculatuz ꝓ secundā sanctificationē qñ est nuncia/ta ab angelo ideo i loco incorrupto eius bñdictum corpus seruari debet.

Quinto ex eius singulari cū dei filio familiaritate. dicit em̄ quedā glo. sup illo verbo Deutro. vlti. Nō cognouit hō sepulcrū Moysi vsq; in ꝑsentem diē. qz resplenduit facies Moysi ex cōsortio sermonis dei. qz loquebat cū ipso sicut solet hō loqui cū amico eius. ideo corpus eius non inuenitur in terra nec terra meruit tenere corpus eius ꝓ quod dñs tot mirabilia opatus est. Cur g̃ timem⁹ dicere corpus virginis Marie assumptū esse in gloria de qua ipse dei filiꝰ natus est ⁊ cū qua ipse loquebat ⁊ loquit̄. nō sicut dñs cū seruo vel amicꝰ cū amico sed sicut filius cū matre.

Sexto ex alioz sanctoz bonoris singularitate. nā de omnib⁹ scis mistris ⁊ mēbris xp̃i ipse saluator dicit in euāgelio Volo pater vt vbi ego sū illic sit ⁊ minister meus. sed si vbi est xp̃s ibi ase scōz requiescūt.

ꝛ anima btē virginis illic re/
quieſceret vbi ſācti requieſcūt
quid honoris ampli⁹ feciſſet
xp̄s matri ꝙ ſanctis. Dicit.n.
Hieron⁹. ꝙ nullū dubiuꝫ eſt
quin totā illā hieruſalē celeſtē
tunc in aſſumptione virginis
exaltaſſet ipſe etiā ſaluator p
ſe totus feſtiuus cū choris ſā/
ctoꝝ ꝛ ſcāꝝ occurrit ei. ſed ſe/
ſtinus non occurriſſet ſi ipſam
cū corpore ex quo naturā hūa
nam recepat non recepiſſet. ſi
em̄ vt dicit Aug⁹. veſtimenta
aliena triū pueroꝝ in camino
ignis preſeruauit illeſa ꝛ Da/
nielē in medio leonū incorru/
ptum. quid mirꝫ ſi carnē ma/
tris non tanq̄ alienā ſed tāq̄
ſuā ab omni corruptione pre
ſeruauit illeſam.

Septimo ex laboris conti
nuate. Nā labori ipſe de⁹ dat
p̄miū. qz iuſtus eſt ꝛ iuſticiaꝫ
diligit Sed btā virgo in tota
vita p̄ncipi⁹ m Aug⁹. miſtratrix
xp̄i fuit. qz ipſū in vtero geſſit
ptumq̄ pfuſum ablui fouit ꝛ
in preſepio reclinauit ꝛ fugiēs
in egyptum abſcondit. ꝛ om/
nem infanciam eius ꝓſecuta
vſq̄ ad crucē ab eius tactu nō
receſſit. Quid ergo p̄emij ꝛ
honoris plus alijs contuliſſꝫ
ſi ipſam cum corpore cū quo
tot paſſa fuit non aſſumpſiſſꝫ

Octauo ex fidelium ſecuri
tate. Nam deus corpora alio
rum ſuis fidelibus manifeſta
facit vt ipſa honorādo ſe pa/
trocinio eoruꝫ cōmittant. Cū
ergo omnes fideles quaſi na
turali quadaꝫ ſecuritate ꝛ pie
tate magis patrocinio virgi/
nis ſe cōmendent ꝙ alicui ſan
ctoꝝ. Quomodo ratiōna/
bile eſſet ꝙ deus corpus ma/
tris ſue pateretur ſuis fidelib⁹
eſſe occultum vt debitum bo/
norem fideles eius ſibi impē/
dendo eius omnes ſe patroci
nio commendarēt. Dicamus
ergo ꝛ pie credamus ꝙ beata
virgo in corpore ꝛ anima ad
celeſtē gloriam ſit aſſumpta.
Dicat ſimiliter eius filio bene
dicto. Tenuiſti manuꝫ dextre
ram meam. quantum ad met
corporis corruptione preſer/
uationem. Et in voluntate tua
deduxiſti me. quantum ad a/
nime ſingularem gubernatio
nem. Et cum gloria ſuſcepiſti
me. quantum ad vtriuſq̄ eter
nam glorificationē.

Benedictus

fructus ventris tui.

Dsito verbo bñdictio/nis. in pte ista vt supra dictū est. euangelista ponit verbum fructus ꝯceptiōis. ⁊ correspō det istud verbū p quod facta est nostro redemptio sexto opi creationis. Nam sexto die creatus est hō. Ait bñ dicit Geñ. i. faciamus hominē ad imaginez ⁊ similitudinē nostrā. ⁊ postea subdit. factū est vespe ⁊ mane dies sext⁹. sicut ergo sexto die homo est creatus. sic sexto verdo angelice salutatiōis est redemptus. Nam p fructū virginis glorioſe bñdictū homo est redemptus ⁊ ad celestē gloriaz reuocatus. ⁊ quia omnia ꝓpter hominē facta sunt ideo signanter in hoc sexto verbo pfecti sunt celi ⁊ terra ⁊ omnis ornatus eoꝝ. qō sexto die creatis oibus reb⁹ dictū est. vt dicatur virgo glorioſa esse celi pfectio ꝓpter angeloꝝ ruine reparationē. dicat esse perfectio terre ꝓpter nature bñane dā/pnate saluationem. ⁊ esse vtriusq; pfectio ꝓpter vtriusq; nature ⁊ donis ⁊ gratijs decoratione. Nam p benedictū fructum marie virginis celoꝝ id est angelorum esse reparata p hunc fructū humana natura ē recuperata. ⁊ per talem fructū vtriusq; natura virtutib⁹ ⁊ donis est ornata ⁊ decorata. Ut merito virgo sanctissima sit pfectio celi ⁊ terre ⁊ omnis ornatus eorum. De isto ergo fructu quinq; dubitationes esse possunt ad presens.

Prima vtrum Eua quesiuerit in fructu ligni que virgo quesiuit in fructu ventris sui.

Secunda vtrum talis fructus fuerit singulariter benedictus.

Tertia vtrum causa fuerit benedictionis in omnibus

Quarta vtrū talis fructus fecerit matrem suaz benedictā

Quinta vtrum p talē fructum nobis sit apperta porta paradysi.

Ꝺ primam ergo est dicēdum q̄ sicut patet p Augustinuz. xi. super Geñ. Eua in ligno vel in fructu ligni p/bibiti quatuor quesiuit

Primo diuinā assimulationē. cum. n. dyabolus diat Eritis sicut dij scientes bonū ⁊ malum statim in mēte eius surrexit quedā presumpta su/

ꝓbia qua voluit simulari deo vt bonum ⁊ malū scire posset

Secundo quesiuit vite sustentationez. quia vidit lignū quod erat bonū ad vescendū credidit per esum illius ligni non vitam perdere sed magis preseruari. Et dato ꝙ deꝰ dixisset quacunqꝫ hora comederitis morte moriemini. credidit vt dicit Aug⁹. hoc deum ꝓcepisse vel dixisse causa alicuius figure. non ꝙ sic esse deberet realiter.

Tertio quesiuit i dicto fructu pulcritudinez ⁊ delectationem. quia vidit ꝙ tale lignuz erat pulcrum oculis ⁊ aspectu delectabile.

Quarto quesiuit in eo sui viri satisfactionem. quia accepit ⁊ dedit viro suo fortassis vt dicit Aug⁹. verbo persuasorio. voluit. n. satisfacere voluntati viri sicut sue voluntati satisfecerat cū quo sciebat se esse vnā carnē factā. Sed ista quatuor que Eua quesiuit in fructu. qz nō inuenit diuinā assimulationē. immo potius dissimulationē ⁊ a deo aduersionem. Planū est. n. ꝙ ipsi nō fuerūt facti sicut dij. qz verbū insultātis fuit illud ꝑm Aug⁹.

Ecce Adā factus est sicut vn⁹ ex nobis. Uū mentitus fuit dyabolus qū ait. Eritis sicut dij. nec miruz. quia sicut dicit Jo. vi. mendax est ⁊ pater ei⁹

Secundo non inuenit vite sustentationem. immo sibi ⁊ alijs mortis acquisitionez. qz ab illa muliere initū factū est peccatū ⁊ ꝓ illam omnes morimur vt dicit Eccle. xxv.

Tertio non inuenit pulcritudinez ⁊ delectationē. immo tristiciam ⁊ confusionē. qz viderunt se ambos nudos ⁊ doluerunt ⁊ sepe verecundia a facie dñi absconderunt

Quarto nō inuenit viri satisfactionem vel fidei seruationem. immo deceptiōem ⁊ dāpnationez. qz si vir non comedisset cum ea sola perisset nos tamen non fuissemus dāpnati. Alia enim mulier potuisset creari vel sibi dari ad filiorum generationem vt dicit Hugo in libro de sacra, Ista ergo quatuor virgo benedicta quesiuit in fructu vēris sui benedicti. ⁊ inuenit ⁊ congrue. qz vt dicatur in ꝓuerbijs. seruat iusto substātia peccatoris. nā primo inuenit diuinā assimulationem sibi ⁊ nobis. ⁊ cum

apparuerit similes ei erimus.

Secdo inuenit vite acquisitionē. qz qui me inuenerit inuenit vitā etemam.

Tertio inuenit pulcritudinē z delectationez. qz fructus meus sup mel dulcis z hereditas mea sup mel z fauum.

Quarto inuenit omnium hominū satisfactionē. qz ipsa dicit p spiritū sanctuz. videte qꝛ nō solū p me laborauī. sed omnibus exquirentibus veritatem. fructus ergo z lignum quesitū p virginem fuit benedictū. quia p ipsuz facta est iusticia z nostra redemptio. Naz iuste de potestate dyaboli liberati sumus per passionē xpi receptam in ligno crucis. Sicut lignū quesitū p Euaz fuit maledictum. qz p ipsuz tanꝗ p idolū auersi sumus a deo z obediuimus creature potiꝰ qꝗ creatori. vt de istis signis intelligat quod scribit Sap. xiij. Bñdictū lignū p quod fit iusticia. quantū ad fructuz ligni quesiti p virginis benedictionem. z maledictū lignum per quod factū est idolum. quantum ad fructus ligni quesiti p euam maledictionē.

Ad secundaz est dicendū qꝗ fructus vēris virginis gloriose fuit singulariter benedictus. quia singulariter conceptus sine virili seminis receptione. singulariter a deo assumptus sine alicuius pticule diminutione. singulariter ortus sine matris corruptōe. singulariter edoctus sine magistri instructione. Fuit ergo singulariter benedictus in conceptione. quia sine copule cōiugalis cōmixtione. Nam ꝑm Aug. in libro de pscientia dei Bonum nuptiarum nō extinguit malam concupiscentiam membrorum sed modificat sine qua concupiscentia concipiēdus erat ille qui in iniquitatibus ꝯceptus non est. Dñ fuit excisus de montibus sine manibus percutiens statuam visam per Nabuchodonosor regem. habēte caput aureū pectus z brachia de argento. crura de ere. pedes de ferro. Quod dauid sic est interpretatus. Quia caput aureū statue erat regnum assyriorum pectus de argento erat regnū medorum. crura de ere regnū grecorum. z pedes de ferro regnū romanorum. quia sicut ferus domat omnia alia metalla sic

regnum romanorum subiuga uit sibi omnia alia regna. Sz lapis abscisus de monte sine manibus erat concipiēdus in ventre virginali sine operatio ne humana qui omnia ista re gna confregit occidēdo in eis errorem ꝛ suscitando fidem. singulariter fuit benedictus in humane nature assumptione quia totam humanam natu/ ram dei filius accepit animaz ꝛ carnem ꝛ omnes naturales ꝓprietates. Nam ꝑm Dama scenum libro. iij. Quod est in assumptibile non est curabile Si ergo aliqua particula fuis set non assumpta incurabilis il la fuisset. Ideo totum homi nem assumpsit vt totum sana ret.

Tertio fuit singulariter be nedictus. quia singulariter or tus sine matris corruptione. vt sicut ꝑm Augustinum. ver/ bum dei sine corruptione mē/ tis eternaliter est ortum a pa/ tre. sic sine corruptione vētris nasceretur temporaliter ex ma tre.

Quarto singulariter fuit benedictus. quia singulariter doct? sine magistri instructiōe

Inuenerunt enim eum paren tes eius cum esset annorum duodecim in medio doctorum audientem ꝛ interrogantem eos. Unde super illo verbo Jobā. vij. Quomodo hic lit teras scit cum non didicerit. ait beatus Augustinus. Om nes enim quātum arbitror mi rabantur. sed non omnes con uertebātur. ꝛ subdit. mirabā tur. sed non omnes conuerte/ bantur. quia multi nouerant vbi nat? ꝛ qualiter fuerat edu catus. Nunc̄ autem viderant eum litteras discentez. Audie bant tamen ipsum de lege di sputantem ꝛ legis testimonia ꝓferentem que nemo potuis/ set ꝓferre nisi legisset ꝛ nemo legere nisi litteras didicisset. Ūñ vt dicit Crisо. ex hoc iu/ dei optime poterāt cognosce/ re talem doctrinam non hūa nitus sed diuinitus esse in eo. Sed quia hoc reuelare nole/ bant ideo in sola admiratiōe stabāt. Benedictus ergo fuit iste fructus. quia venit in no/ mine domini per sui concep? singularem productionem. ꝛ illuxit nobis per sue doctrine singularem instructionem.

D tertiā est dicēdū ꝙ sacra scripꝓa triplicit ostendit būc benedictū fructū virginis marie fuisse causā benedictōis in oībus. Primo exꝑ phetica ꝓnūciatiōe. scribit.n. Gen.xviij.dictū fuisse abrahe In semine tuo būdicent oēs gentes. qđ exponēs apls ad Galat.iij.dicit ꝙ abrahe dicte sunt ꝓmissiōes ⁊ semini eius ⁊ subdit ꝙ nō dicit ⁊ semibus quasi in multis sed q̄si in vno ⁊ semi tuo qui est xp̄s Dauid Similiter dicit.iij. psal. ꝙ in ipso. s. xp̄o benedicent omnes trib⁹ terre oēs gentes magnificabūt eū. Tertio exꝑ būficioꝝ largitione. Nā sup illo verbo gen.xxxvij.nūquid vnā tantū babes būdictionē pater. dicit glo. ꝙ tot būdictiōibus nos de⁹ būdixit quot būficia nobis tribuit. xp̄s aūt nobis dat dona vel būficia nāe. būficia gr̄e. ⁊ būficia gl̄e. vñ sup illo verbo Jo.i. De plenitudine gr̄e ei⁹ oēs nos accepim⁹ gratiā ꝓ grā. di. Orige. ꝙ ꝓ grā dono ꝝ naturaliū que est grā gratis data accepim⁹ gratiaꝝ gratū facientē. sm vero expositionē aliso. ꝓ grā gratis data in veteri testō accepim⁹ grām gratis datā in nouo. Naꝝ fuit lex illa mosaica data in veteri testō quedā grā sed imꝑfecta q⁊ nibil ad ꝑfectū deduxit lex. ꝓ illa ḡ grā nobis data ꝑ xp̄m accepim⁹ aliā ꝑfectiorē grām in nouo testō. Sed sm expositionē bti Augi. ꝓ grā bic in ꝑsenti inchoata que est grā vie accepim⁹ grāꝝ primo que erit grā cōsūmata. q⁊ ḡ oīs grā ⁊ oīs mod⁹ grē dat nobis ꝑ fructū virginis marie ex quo tot būdictiōib⁹ nos būdixit quot būficia nobis tribuit sequitur ꝙ omniū nostraꝝ būdictionū sit cā. sicut est cā omniuꝝ nrōꝝ būficioꝝ. Tertio exꝑtāris dominatiōe. nā sm ap. ad Hebre. vij. absq; vlla ꝓtradictiōe qđ min⁹ est a maiori būdicit. Cū ḡ xp̄s sit caput omniū boim ⁊ angeloꝝ ⁊ sub ei⁹ ꝑtāte flectatur oē genu. sequit ꝙ ad eū ꝑtineat oēs tā angelos ꝙ boies būdicere. Sꝫ q⁊ nos būdicimus deū ux̄ illud Thob.xij. Būdicite deū celi ꝓfitemi oīa mirabilia ei⁹. ⁊ Dan.iij. Narrant oēs būdictiōes omnium creaturaꝝ quib⁹ deū būdixit ex quo minor nō dꝫ būdicere maiorē. planū est aūt ꝙ deus est maior omni creatura

Ad quod est dicendum q̄ benedictio qua creatura benedixit deum non est aliud quaz reuerentie exhibitio ⁊ receptorum benficiorū gratarū actio ⁊ maifestatio. si benedictio q̄ deus bñdixit nos ⁊ suas creaturas est suorum donorum et benedictionum infusio ⁊ grata donatio quia vt dictum est tot nos benedictionibus benedixit quot beneficia imptimur Ergo ex propbetica ꝓnuntiatione ⁊ beneficiorum largitione. Et ex potestatis dominatione patet fructum virginis glorioſe esse benedictōis causam in omnibus.

Quantam est dicendum q̄ bernard⁹ superfluus est bāc dubitationem determinat dicēs q̄ non ex eo q̄ benedicta fuit mater puta beata virgo inter omnes mulieres ideo benedictus fuit fructus sui ventris. Sed magis quia ille preuenit eam in benedictionib⁹ dulcedinis ideo ipsa fuit benedicta. Et hoc probat tribus rationibus.

Prima est q⁹ in fructu ventris virginis bñdicende erant gentes et omnes creature. Cū ergo virgo beata includeretur inter gentes ⁊ alias creaturas simul cum alijs ab isto fructu benedictionem accepit.

Secunda est quia beata v̄go fuit benedicta singulari benedictione quia inter mulieres solum. Sic enim dicit angel⁹ benedicta tu in mulieribus. ſz fructus ventris eius fuit benedictus benedictione vteri. Jō non est dicuz benedictus fructus ventris tui in hominib⁹ vel in angelis aut in terra vel in celo. Quia bene dicimus benedictus homo benedictus angelus benedicta terra vel celum. Iste tamen sunt benedictiones singulares sed posuit indiffinite benedictus fructus ventris tui. Quia dicēte apostolo. Iste fructus erat benedictus in secula. Et erat tal fructus in quo non solum mulieres et non solum homines ſz angeli ⁊ omnes vniuersaliter creature benedici debebāt. Et quia particulare clauditur in vniuersali. Ideo beata virgo benedicta fuit quia fructus vētris fuit benedictus ⁊ non ecōuerso.

Tertia est. quia sicut vide/
mus in alijs q̄ partus in pe/
nalitatibus ⁊ in bis que defe
ctus sunt ⁊ contumelie sequi/
tur ventrem. In benedictioni
bus vero ⁊ in bis que bono/
ris sunt ⁊ reuerentie partus se
quitur patrem. Sic xp̄s pena
litates. vt famem sitim labo/
res ⁊ posse mori ⁊ pati ac alia
que pertinebant ad contume/
liam ex ventre habuit. quia ex
ipsa humana natura in vētre
virginis concepta ⁊ formata
ꝟm enim Augustinū nec mor/
tu⁹ nec passus nec illusus cru
cifixus ⁊ sepultus fuisset nisi
fuisset verus homo. Unde in
cruce videns matrē ex qua ta
lia sibi uerant recognouit ⁊ di
scipulo cōmendauit. Et ipsa
benedictio in. xij. annis doctri
ne perfectio miraculorum ope
ratio ⁊ omnia que erāt bono/
ris ⁊ veritatis ⁊ reuerentie in/
erant sibi ex patre celesti nō ex
matre. Ideo dicebat. doctrina
mea non est mea. sed eius qui
misit me patris. Et aquam in
vinum cōuersurus. dicit quid
mihi ⁊ tibi est mater. In om/
nibus igitur talibus pfectio/
nibus ⁊ dignitatibus ⁊ bene
dictionibus. quia fructus pē/
tris virginis fuit benedictus
⁊ perfectus. Ideo matrem p/
fectam benedictam ⁊ sanctifi/
catam fecit. Non autem quia
ipsa fuit sanctificata perfecta
⁊ benedicta ideo fructum fecit
benedictum.

Ad quintam est dicendū
q̄ ante ortum in vtero
vginali porta paradysi dicit
fuisse causa propter duplex
obstaculum ibi positum.

Primum fuit vniuersale. ⁊
istud fuit peccatum primorū
parentū quo peccato vniuer/
saliter būana natura erat reter
ne morti damnata ⁊ paradysi
introitu priuata.

Secundum fuit particula
re. ⁊ istud erat peccatum perso
nale actualiter perpetratum a
quolibet homine. quo pecca/
to quilibet seipsū eterne mor/
ti damnabat ⁊ introitu para
dysi priuabat. Poterat enim
homo per seipsum in peccatū
cadere. sed per seipsum nō po
terat inde surgere. solum ergo
obstaculum vniuersaliter po/
situm ad claudendum nobis
portā paradysi dyaboli ꝓpara
tione. quia inuidia ⁊ ꝓpara/
tione dyaboli mors introiuit
in orbem terrarū. Sed ꝟm ob

staculuz quilibet apponebat
sua ꝓpria operatione. ſFructus
ergo iſte benedictus virginis
glorioſe ꝓ tanto nobis appe
ruit portã ꝑadyſi quia guſta/
tus a dyabolo remotum fuit
primũ obſtaculũ. voluit enim
dyabolus guſtare ⁊ experiri ſ
iſto fructu an eſſet ver⁹ homo
ꝓcurãdo ſuã paſſionẽ ⁊ eius
mortẽ quo guſtato mortua fu
it illa mors que tenebat liga/
tos ⁊ que privabat nos introi
tu paradyſi. Vñ in Baruch
dicit. O mors ero mors tua
morſus tuus ero inferne. Gu
ſtatus vero a quolibet pecca/
tore remouetur ꝑm obſtaculũ
quo ſeipſum privabat ne poſ
ſet paradyſum intrare. Nam
omnes peccatores guſtando
iſtũ fructũ incorꝑando ſe mor
ti eius ꝑ ſacramentoꝝ eius re
ceptionẽ ab illo obſtaculo ab/
ſoluunt. ⁊ ad celeſtẽ requiẽ ad
mittunt. Iſte ergo fructus gu
ſtatus a dyabolo fuit ſibi ve/
nenum ⁊ cauſa mortis ⁊ pri/
uatio ſue vite qua vivebat in
toto mundo. Et guſtatus ab
homine fuit ſibi tyriaca ⁊ cau
ſa vite ⁊ acquiſitio regni quo
erat privatus. Nec mir. quia
ſicut idẽ abus qui eſt nummẽ
tũ ⁊ cauſa vite alicui animali
alteri vero eſt venenum ⁊ cau
ſa mortis vt ſaliua ſerpentis
eſt tyriaca ⁊ conſeruatiua atq;
nutritiua vite ſerpentis eſt nĩ
venenoſa ⁊ cauſa mortis com
plexioni humane. Nihil enim
eſt venenoſum vniverſaliter ꝙ
quod eſt contrariuz ⁊ veneno
ſum vni complexioni eſt qua/
ſi tyriaca ⁊ cauſa vite alteri cõ
plexioni. Sic idem fructus v̄
ginis glorioſe guſtatus a dya
bolo fuit ſibi venenum ⁊ cau
ſa mortis guſtatus tamen ab
homine fuit ſibi tyriaca ⁊ cau
ſa vite. Per fructum ergo vẽ/
tris beate marie nobis eſt ap
perta porta paradiſi quia re/
motum obſtaculum ſibi op/
poſitum diaboli procuratio/
ne. Et remotum obſtaculum
ſibi oppoſitum hominis ope
ratiõe. vñ etiã in laudẽ virgi/
nis cãtat ⁊ dicit ꝑadiſi porte
ꝑ te nobis apte ſũt que hodie
glorioſa ai angelis trũphat

Que cum au

Poſtq̃ euãgeliſta poſuit
ꝑſone ſalutãtis condi/
tionẽ ⁊ loci in quo fcã ẽ ſalutatõ
notificatõz ac ꝑſone ſalutate
nominationem.

Nec non ipsius salutationis formationem in parte ista vt sup̄ dicebatur euāgelista ponit rei nunciate certificationez vel probationē. Ostendit certificatio ⁊ probatio rei nuntiate per angelum octo modis

Primo ex marie admiratione.

Secundo ex angeli assecuratione.

Tertio ex ipsius rei particulari expressione.

Quarto ex magnifica eius nominatione

Quinto ex modi fiendi debilitate inquisitione.

Sexto ex dei immediata operatione.

Septimo ex exempli introductione.

Octauo ex singulari consē sus acceptione.

Secūda pars est ibi. ne timeas maria. Tertia ibi ecce concipies. Quarta ibi ⁊ vocabis nomen eius ihesū Quinta ibi quomō fiet istud. Sexta ibi spiritus sanctus superueniet in te. Septima ibi ⁊ ecce helisabeth. Octaua ibi ecce ancilla domini ⁊c.

Ad intellectum autez prime partis est sciendum vt glosa tangit ꝙ beata virgo de salutatione āgelica fuit extimore turbata ⁊ fuit admirata nā fuit timore turbata de corporali visione in specie cuiusvirī angelus locutus est virgini. ⁊ qz vt dicit bernardus semper virgines que vere v̄gines sunt solent timere ⁊ nunquam secure esse cum viris tō virgo timore fuit turbata immo vt cauendam timenda etiā tuta ⁊ secura pertimescāt vere virgines cōsiderantes ꝙ thesaurum p̄cio sum in vasis victilibus. vnde super istum locum dicit amb. ꝙ trepidare proprie virginuz est er omnē aspectū ⁊ effectum vīri timere. admirata verofuit de eius nunciatiatione. Nam nuntiauerat angelus ꝙ dominus esset cum ea. Et ꝙ essz benedicta in mulieribus. virūꝙ autem istorum poterat virginem in admirationem ducere Nā ꝙ dominus esset vel poterat esse nunciatio facta a viro qui cum ea loquebat vel adeo Si ab homine suspectū erat ⁊ causa decepționis dictū quia bonum potest dici ab homine libidinosa intentione sicut

verũ a dyabolo decepriua cogitatione. Si vero a deo saluti ferum ⁊ cum gaudio receptũ Similiter benedictio mulieribus in veteri lege non dabat nisi causa plis ⁊ ꝓpter vẽtris fecunditatem. sicut econuerso maledictio dabatur eis ꝓpter sterilitatem. Quamuis ergo nondum angelus dixisset virgini aliquid de cõceptu ⁊ partu filij. eo tamen ipso ꝙ ipsam nunciauit. benedictã in mulieribꝰ mirari poterat. vñ mihi ista benedictio nisi ex ꝓle. ⁊ quia virginitatem vouerat posita fuit in admiratione Et qꝛ de re incerta ⁊ mira prudentie est cogitare ⁊ inuestigare causam eius. ideo subditur ꝙ virgo beata cogitabat qualis esset ista salutatio. Turbatio ergo virginis fuit timoris ⁊ verecundie. admiratio vero ⁊ non probatio fuit fortitudinis ⁊ constantie. turbata enim fuit ⁊ non ꝓturbata tamen admirata. Sꝫ cogitatio fuit prudentie ⁊ sapiẽtie. vt dicit bernardus. ita ꝙ cõmendatur in ea verecundia laudabilis. qꝛ turbata in eius sermõe ⁊ prudentia mirabilis. quia cogitabat qualis esset ista salutatio.

Sed hic possunt esse quinq; dubitationes. Quarum prima est. Utrum verũ sit ꝙ beata virgo fuerit turbata ⁊ timuerit de angeli visione. vel de eius salutatione.

Secunda vtrum laudabile sit mulierem esse timidam.

Tertia vtruꝫ laudabile sit mulierem esse verecundam

Quarta vtrum beata virgo fuerit cogitatiua semper.

Quinta vtrum laudabile sit mulierem esse cogitatiuam

Ꝺ primam est dicendum ꝙ aliqui dicunt virginẽ non timuisse vel turbatã fuisse de visione angeli. sed solum de eius salutatione. quod dupliciter probant.

Primo quia virgo solita erat videre angelos. nõ tamẽ erat consueta sic ab eo salutari. Et quia inconsueta ⁊ insolita concutiunt timorem non autem cõsueta. ideo virgo solum de salutatione fuit turbata non autem de visione.

Secundo quia euangelista non dicit ꝙ virgo esset turbata in angeli visione. Sed ait. que cum audisset turbata est in sermone eius. de salutatione ergo ⁊ sermone fuit tur-

bata ⁊ non de visione. Sed
bis non obstantibus possu-
mus dicere q̄ ⁊ de visione an
geli virgo gloriosa tamen ⁊ fu
it turbata. quod etiam dupli-
citer probatur. licet euangeli-
sta non dicat.

Primo ex ipsius āgeli ap
paritiōe. Nam apparitio an-
geli ⁊ cuiuslibz spiritualis na
ture ad hoc fit vt mens illius
cui fit apparitio ad aliq̄s spi-
rituale misterium ⁊ archanum
secretum eleuetur. Sed mens
hominis eleuari nō potest su
pra se nisi viribus sensituis
quodāmodo in sensibilibus
factis ⁊ etiam seipsis debili-
tatis. quia ex forti attentione
⁊ eleuatiōe anime impeditur
operatio sensus. Sicut vide-
mus q̄ cum quis fortiter spe-
culatur aliquam rem non per
cipit transeuntem iuxta se. hoc
autem non potest fieri sine tre
more ⁊ sine timore. Quia si-
cut videmus q̄ calore natura
li ad interiora reuocante ex fri-
gore mēbra exteriora tremunt
sic mēte alicuius eleuata ex vi
sione spiritualis nature neces-
sario virtutes sensitiue debili
tantur ⁊ infirmantur. Unde
dicit Ambrosius super Lucā
q̄ perturbamur ⁊ a nostro alie
namur affectu. quando restrin
gimur alicui⁹ prātis accursu.

Secundo hoc apparet ex
hominis conditione. Nam si
cut dicit Gregorius. Huma-
na natura que sūt spiritus ca
pere non valet. propter quod
cum vltra se ad videndum du
citur necesse est vt hoc carneū
vasculum quo ferre talenti pō
dus non valet infirmetur. Et
hoc expresse dicit Crisо. super
illo verbo Luc. i. Zacharias
turbatus est videns angelum
⁊ timor irruit super eum. Ait
enī q̄ non potest homo quan
tumcumq̄ iustus sit absq̄ ti-
more cernere angelum nec ei⁹
presentie aspectum potest sine
timore tollerare. quia fulgorē
eius nō valet sufferre sine tur-
batione cū quo semper est cō-
suetus apparere. Cum quo ḡ
beata Maria quantumcūq̄
iusta ⁊ sancta ⁊ solita vel con-
sueta angelos videre sine ti-
more ⁊ tremore eorum affectū
intueri nō poterat. q̄ ergo di-
citur consuetam fuisse videre
angelum. Dicendum q̄ sm
Gregorium Daniel similiter
pluries legit vidisse Gabrie-

lem qui apparuit virgini. Et prima vice quando ait. Ego Daniel langui ⁊ egrotaui per plures dies. Secunda vero vice ait. Ego solus vidi visionem grandem ⁊ non remansit in me fortitudo ⁊ decor ⁊ species mea immutata est Tertia vice dicit. domine in visione tua dissolute sunt cōpages mee. ⁊ nihil in mere / mansit virium

Potuit ergo ꝙ quotiens virgo vidit angelum totiens timuit ⁊ turbata fuit sicut tamen scriptura euangelica non eius visiones non narrat sic eius timorationes vel turbationes. Et per hoc soluitur secundum. Nā quia virgo erat solita angelum videre ⁊ de ei? visione timere. nunc̄ tamen fuit solita sic salutari. ideo ꝑ tanto euangelista narrat turbationem quam de salutatione habuit. non autem illam quam habuit de visione.

Ad secundam est dicendū ꝙ mulier quatuor modis considerari potest quantum ad presens.

Primo ad suam rationez
Secundo ad suam operationem.

Tertio ad suam conuersationem.

Quarto ad viri subiectionem.

Nam ad suam rationez debet esse cōsiliatiua. quia cū mulier habet consiliatiuū invalidum ⁊ cōmuniter deficiat in ratione ratiocinari ⁊ prudēter vult aliquid cogitare indiget cōsilio. quia ibi ponendū est remedium vbi est defectus consilium autem inuentuz est in supplementum defectus rationis. vnde deus ⁊ angeli in quibus ratio nullus habet defectum consilio non indigent

Secdo ad suā opationem mulier debet habere rectitudinē ⁊ prudentiā. Sicut. n. mulier est mas occasionatus ⁊ imperfect? hō ſm corpus tō cōmuniter deficit in opatione nisi bona prudētia que est recta rō agibilis sit sibi coniuncta.

Tertio ad suā conuersatiōz debz esse honesta pudica ⁊ casta ope ⁊ verbo. q? ꝓpter sex? fragilitatē citi? inducit ⁊ inducit ad inhoneste loquendū vel operandum ꝙ homo.

Quarto ad viri subiectiōz debet debitā reuerentiam habere vt nō habeat in ꝓtempu

suos viros nec paruipendant suorum maritorum imperia. Unde legitur.i. Hester. q̄ regina vasti hac de causa de cō/silio sapientum deposita fuit de regali solio quia contempsit preceptum viri sui. ne vt ibi dicitur ex eius exēplo alie mulieres paruipenderent suorum maritorū imperia. Possumus ergo colligere taz ex dictis sāctorum q̄ philozophorū q̄ propter ista quatuor laudabile est multum mlieres cōmuniter moderato modo esse timidas. z decet viros ipsas mulieres sub moderato timore tenere. Primo quia talis timor facit eas esse cōsilianuas in ratiōe. Dicit.n. philozoph? ij. Ethicoz. q̄ timor facit personas cōsiliativas Ex hoc.n. q̄ aliquis timet consiliat quō possit vitare z fugere illud malum quod timet incurrere.

Secundo facit eas prudētes non ociosas in operatiōe Dicit.n. Philo. q̄ timor facit q̄ diligentius z auidius consequimur z operamur illa que agimus. que credimus posse fugere illum timorem.

Tertio facit eas esse bonestas pudicas z castas in conuersatiōe. q? postposito omni timore natura inclinante ad illicita faciliter in earuz conuersatione agerent illicita z inhoneста ac lubrica. Und dicitur Eccle. v. Noli esse sine motu. quia si sic eris semper adijciet peccatum super peccatuz. Ait insuper Greg. ad gregoriam Attende dulcissima filia. q̄m mater negligētie securitas debet esse ideo beatus qui semp est pauidus

Quarto facit eas reuerentes in viri subiectione. ex quo enim timent non contemnūt viros neq; paruipendunt imperia maritorum. moderate q̄ timere mulieres sub timore timidas ex seipsis laudabile ē. z viris expediēs. Et dico moderate timere. quia imoderatus timor facit cōtraria supra dictis. Nam facit eas cōsiliativas in ratione. imoderate. n. timentes quasi stupefacti non consiliant nec scūt quid agāt vnde discipuli in passiōe xp̄i imoderate timentes ignorabant quid responderent xp̄o loquenti cum eis. Secūdo facit eas ociosas z imobiles in operatione. cum. n. quis imoderate timet caloze toto curē/

te ad cor membra exteriora sic remanent frigida ⁊ imobilia ꝙ nullatenus persona potest moueri vel aliquid opari.

Tertio facit eas ihonestas in ꝓuersatione. quia semp cogitant qualiter possint hūc immoderatū timorē affugere vel procurando mortem viri mediante alio vel absentando se ab eo ⁊ alteri se supponendo vel alijs modis.

Quarto facit eas irreuerētes in subiectiōe. quia ex quo imoderate timent. qz talis timor non ꝓcedit ex virtute nec ex radice bona. reuerentia quā exhibēt non est reuerentia sed dolositas ⁊ nequitia

D tertiam est dicendum ꝙ verecundia ſm philosophum non est virtus sed est quedā nobilis passio ⁊ dispositio quedā decorans multuz psouam ⁊ potissime mulieres Et possumus dicere ꝙ mulieres tria bona ꝓsequunt ex verecūdia. Primo quia ex hoc sunt honoris ⁊ glorie appetitiue. Secundo qz ex hoc sunt multorū turpium ⁊ vitupantium fugatiue. Tertio qz ex h sunt ꝓprie nature ⁊ ꝓprie virtutis conseruatiue. Primo ex verecūdia sunt honoris ⁊ glorie appetitiue. Nihil n. aliud est verecundia ꝙ timor inglorificationis ⁊ inhonorationis Cum.n. quis timet ꝓdere honorem ⁊ famā vel gloriā tunc verecundat ⁊ erubescit in facie sicut cum quis timet ꝓdere vitam pallescit in facie. Nam est sanguis quasi defensor ⁊ amicus nature ⁊ pugil nature Quando ergo quis timet perdere vitam. quia vita est interius in corde. ideo statim sanguis incurrit ad defensionem ⁊ dimittit exteriora mēbra pallida. quando vero quis timet perdere honorē famā ⁊ gloriā quia talia sunt exteri⁹ in opinione hominū. ideo sanguis tunc currit ad faciē ⁊ efficit rubeus totus. Cū ergo laudabile sit mulieres esse honoris ⁊ bone fame appetitiuas. quia si cuilibet habenda est cura de honore ⁊ de bona fama potissime cōuenit mulieribus que quāto in sexu fragiliores tāto citius in fama dicto vel facto possunt ledi ⁊ maculari. Laudabile similiter est in eis esse verecundas. cū verecūdia nō sit aliud ꝙ timor quez ꝓsona habet de amissione honoris ⁊

glorie. Secūdo est hoc in eis laudabile. qz p verecundiā vitant multa turpia ⁊ multa vituperabilia. sunt. n. mulieres excessiue sicut apparet ad sensū. qz si sunt crudeles multuz sunt crudeles. ⁊ si loqui incipiūt multū loquunt. ⁊ sic etiā cū efficiunt inverecūde nimis inuerecunde efficiunt in tm̄ ꝙ nulli homines vel pauci inuenirent qui tot turpia ⁊ vituposa possent nominare ⁊ coopari sicut mulieres. Unde dicit in Ecclē. p spūm sanctuz. A filia non auertente se a verecūdia firmā custodiā. Nō g̃ mlieres solū ꝓpter verecundiā fugiūt turpia ⁊ vituperabilia opari ⁊ nominare. imo etiā ⁊ homines Nā bōies timentes verecundiā mlta mala ⁊ inhonesta fugiunt. Tāto ūm magis est laudabile in mulieribus ꝙ in hominib⁹ esse verecundas. quāto hoc puta inverecūdia est in eis magis piculosa. Tertio est hoc in eis magis laudabile. qz quanto etas vel sexus est imperfectior et fragilior tanto verecūdia est in eis laudabilior. Unde qz etas puerilis ⁊ iuuenilis est imperfecta respectu etatis virilis. ideo magis laudat verecundia in pueris ⁊ iuuenib⁹ ꝙ in pfectis viris. Sic laudabilior est verecundia in femia ꝙ in viro. Una sicut verecūdari conuenit nature puerili ꝓpter impfectionē etatis. sic cōuenit nature femīee ꝓpter sexus impfectionē ⁊ fragilitatez Et vnūquodq; laudabile redditur quod agit vel patit ꝓm sue nature congruentiā

D quartā est dicendū ꝙ sicut dicit Ambro. in li. de virginib⁹. Beata maria fuit corde cogitatiua. ore tacitur na. ⁊ conuersatione opasa. Naz sup illo verbo Luc. ij. Maria aūt cōseruabat oia verba hec ꝓferens in corde suo. dicit Ambro. ꝙ virgo btā quotquot retulerat ei angelus quod a pastorib⁹ audierat. quicquid in ceptu ⁊ eius ptu senserat cuncta congregabat in mente ad inuicē compans vnā in oibus mater diuine sapientie cernebat concordiā ꝙ vere deus ⁊ homo erat qui nat⁹ erat ex ea. Et ideo filio suo iam nato nō sicut puero aut viro sz sicut ve

ro deo vacabat. ⁊ illi⁹ voces ⁊ opera tanq̄ voces diuinas ⁊ opa reputabat. nec aliquid ex dictis vel factis eius in cas/ sū ibat. Sed sicut verbū ip̄m prius in visceribus Ita nunc eiusdem mores ⁊ dicta corde ꝯcipiebat. In locutione vero fuit taciturna qđ ad primū se/ quitur. quia semp p̄sona que multū est cogitatiua parū lo/ quitur. Und̄ dicit Ambro. q̄ beata virgo virginalis pudi/ citie iura custodiēs secreta x̄pi que nouerat nemini diuulga re volebat. sed ꝯferebat illa q̄ facienda legerat cū his que fa era iam cognouit non ore pā/ debat sed clauso corde pande bat ⁊ apud se rumīabat. q⁹ li/ cet esset mater dei. nīl eius pre cepta ⁊ secreta consilia quib⁹ humanum genus redimere di sposuerat discere desiderabat Sed in ꝯuersatione fuit ope/ rosa. q⁹ ipsa fuit illa fortis mu lier inuenta in vltimis finib⁹ que panē ociosa non comedit mane em̄ virgo gloriosa vsq̄ ad tertiā oratiōi vacabat post modū vsq̄ ad nonā domesti/ co opi insistebat. Et tunc sum pta corpis refectione totā diē in oratione decurrebat. Dor/ mire vero ꝑm Ambro. non pri us erat in ea cupiditas q̄ ne/ cessitas. Et tū quando quie/ scebat corpus animus vigila bat in tantum vt frequēter in somno. aut lecta in lege ⁊ pro pbetis repetebat. aut somno interrupto contaminabat. aut dispositā gerebat. aut geren/ da ꝓnunciabat.

D quintam est dicendū q̄ laudabile est multum mlieres esse cogitatiuas vt an teq̄ loquant diligenter exami nent que proferre debent. Et hoc ꝓpter tria bona q̄ ne inde consequuntur. s. ex tali cogita/ tione. Ut potest haberi a phi/ losopho primo pollyticorum

Prim o si sunt cogitatiue vi tant virorum dispositionem.

Secundo mulieres vitant incautam locutionem.

Tertio vitant litem ⁊ gar/ rulationem

Primum sic patet. Nam inter cetera q̄ desiderāt ipse

mulieres hoc potissimū est vt non despiciantur nec vituperentur seu parūpendant a viris. Cū ergo nimia familiaritas pariat p̄temptū ⁊ despectū eo ipso ꝙ multiloquiū mulieruz facit esse ⁊multum familiares. oportet ꝙ quāto magis taciturne sunt ⁊ cogitatiue magis viris placeant. cū omne raruz p̄ciosum sit siue carū. Vñ dicitur. i. pollȳ. ꝙ silentium est ornamentū mulieruz. Jnicium nanq̄ cōplacentie inter masculū ⁊ feminā est locutio. Juxta illud Statim vt locuta? est dilectus meus liquefacta est anima mea. Vñ quanto locutio mulieris est magis rara tanto reddit seipsam magis placabilē cū non desideret nisi res que non habet. Secunda sic declarat. Nā ibi est magis opportunū remediū vbi est maior defectus. sed mulier cōmuniter deficit in ratione ⁊ abundat in locutione incauta. ergo esse cogitatiuā ⁊ taciturnā maxime est necessariū mulieri ad vitandū incautā locutionem. Vt iuxta apo. sententiā. nulli? sermo malus ex ore eius p̄cedat. sed si quis bonus est ad edificationē vt gratiā audito

ribus. Tertio oñditur sic. naz frenū ad temperandū ⁊ terminandū lites ⁊ garulatōes est ipsa ratio. Mulieres ergo in quibus deficit ratio ⁊ p̄ consequens frenū terminandi lites ex quo incipiūt litigare ⁊ garrulare nunq̄ desistunt. Propter quod ad euitandū tale periculum vt non sint garrule ⁊ litigatrices potissimū remedium est esse taciturnā ⁊ cogitatiuā

Ne timeas.

maria inuenisti gr̄az apud d.

Robata nunciatiōe angelica exmarie admiratione. in p̄te ista vt supra dicebatur, p̄bat ex angeli assecuratione. Et primo tāgitur angeli assecuratio. cū p̄mittit. ne timeas Maria. Secundo tāgitur istius assecurationis causa ⁊ ratio. cū additur. inuenisti.n. gratiam apud deū Naz assecuratio angeli signum fuit ꝙ bon? angelus erat ille qui cū virgine loquebatur. Quia vt dicit Athana. non est difficilis bonoz̄ spirituum malorumq̄ discretio. Nā si postmodum suggesserit gaudiuz a dño venisse sciamus; auxiliuz Quia securitas anime pote

ratis maiestatis iudicium est
Si aũt incussa formido per/
manserit bostis est qui videt.
Causa vero ꝛ ratio istius asse
curationis tangitur cũ adiun
gitur. inueniſti.n. grãm apud
deũ. Nã ꝑm Crisо. qui apud
deum meretur gratiã non ha/
bet quid timeat. Tota ḡ cau/
sa quare virgo timere non de/
beat erat quia gratiam apud
deum ꝓ se ꝛ pro nobis inue/
nerat. Sed hic sũt quinq; du
bitatiões. Prima vtrũ semp
angelus bonus potius timo
rem qñ apparet tribuat q̃ se/
curitatez

Secunda vtrum tutius sit
homini esse in timore q̃ in se/
curitate.

Tertia vtrum angelus bo
nus vel malus quãdo appa/
ret possit illudere sensuz hõis
vt faciat ei apparere vnuz ꝓ
alio.

Quarta vtrum beata vir/
go ꝓ omnibus inuenerit gra
tiam apud deum

Quinta vtrum ꝓpriũ fue
rit beate virgini gratiã apud
deũ inuenire.

D prima est dicendũ q̃
hic facienda est duplex
diffinitio. Prima de appari/
tione boni angeli. Nã qñ bo
nus angelus apparet aut ap
paret bonis ad gaudiũ ꝛ ali/
cuius secreti reuelationem seu
defensionis ꝓtectionem. aut
apparet malis ad eorũ terro/
rẽ ꝛ eoꝝ exterminiũ vel corre/
ptionẽ. Si ergo apparet bo/
nis ad gaudiũ ꝛ eoꝝ ꝓtectio/
nẽ tũc est veꝝ q̃ q̃uis in prin
cipio timorẽ incutiat ex modo
apparendi. eo q̃ vt dictũ est ꝑ
Crisо. bõ quantũcũq; bonus
ꝛ iustus angelum sine timore
videre non potest tũ statim in
fert securitatẽ. qz ad hoc vt ap
pet gaudiũ ꝛ letitiã nũcietur ti
morem vt ꝓtegat non vt occi
dat Sed si apparet malis ad
correctionẽ ꝛ terrorẽ. tũc in ti/
more quã incutit ꝓseuerat si/
cut patet paralip. xxi. de Da/
uid qui vidit angelũ tenentez
gladiũ euaginatum ꝛ timuit
valde ꝛ in timore perdurauit
quia mortui fuerunt de ppło
lxx. milia virozꝝ ꝓ eo q̃ ipe nu
merari fecerat ppłum. Unde
Math. vlt. sup illo verbo ex/
territi sunt custodes ꝛ facti sũt
velut mortui. sed mulieribus
pie querentibus dicũ est. no/
lite timere vos acsi diceret illi
soli timeant in quibus ꝓseue/

rat infidelitas ⁊ amoris diui/
ni frigiditas. Sed qñ appet
angelus malus non similiter
oportet ꝙ in appitione infe/
rat timorẽ nec in modo appa/
rẽdi nec in modo loquẽdi nec
in modo opandi. quia in om
nibus istis põt se transfigura
re in angelũ lucis. Naz in mo
do apparendi põt se monstra
re fulgentem ⁊ lucidũ ac si essz
bonꝰ q̃uis. n. careat luce spi/
rituali i luce tñ corpali potest
apparere. sicut dyabolꝰ in ve
ste fulgida appuit beato mar/
tino dicẽs. ego sum xp̃s. ⁊ pri
mo me tibi volui demonstra/
re. Similiter in modo loquẽ/
di. quia multa vera potest pre
dicere sicut bonꝰ angelus. Et
in modo opandi. qz multa põt
opari ⁊ psuadere homini esse
opanda que sunt iudicia ope
rationis boni angeli. sed ve/
rũ est ꝙ in intentione semp an
gelus malus intendit timorẽ
⁊ terrorẽ inferre. qz sicut nõ di
cit ỹa nisi vt decipiat. nec bo/
na psuadet nisi vt maculet ita
non dat securitatẽ nisi vt ad ti
morẽ ⁊ ad terrorẽ inducat.

Ad secundã est dicẽdũ ꝙ
esse in timore potest in/
telligi dupliciter. vel in timo/
re confidentie vel in timore cõ
sciẽtie. Esse ergo in timore cõ/
fidentie tutius est ꝙ esse in se/
curitate. qz nullus quãtũcũq̃
bonus vel iustus debet de se/
ipso ⁊ de ꝓprijs viribus cõfi
dere. sed semp cũ statim virtu
te aliqua debz timere ne cadat
Debet nanq̃ bõ stare in timo
re transgressiõis diuinoꝝ mã
datoꝝ vt semper quis timeat
ne fecerit vel dixerit aliquid cõ
tra diuina mandata. Ait enim
ipse dñs p ꝓphãm. Si ego
dñs vbi est timor meus. sem/
per debet stare in timore offen
sionis suoꝝ ꝓximoꝝ. qz semp
debet timere ne aliquid dixe/
rit vel fecerit in quo ꝓximus
fuerit lesus vel offensus. Se/
cundũ. n. Aug̃. semp debem?
cogitare aliquid esse i ꝓximo
quo nobis maior est. ⁊ si nos
lateat talis dicente ꝓphã ha
bitat i tabernaculo dei qui lo
quit. s. veritatẽ in corde suo ⁊
dolũ vel malũ nõ agit aduer/
sus ꝓximos. Et semp debet
stare in timore receptionis di/
uinoꝝ iudicioꝝ. Dicit. n. Hie
ronymꝰ. Siue comedã aut bibã
vl dormiã semp illa vox timẽ
da est in auribus meis Sur/
gite mortui venite ad iudiciũ

Tutū est ḡ bōi semp esse in timore sue ꝓfidentie. sed nunq̄ debet bō stare in ꝓsciētie timore. nā ꝓscientia semp est tenenda secura sine timore alicuius dubij vel erroris. quia ꝓscientiā dubiā vel erroneā vel torpuosam bō tenet ad ꝓsiliū sapientis deponere. Semp etiā est tenenda sine timore alicuius peccati feroris vel ardoris quia ꝓscientiā ponderosā peccatis ⁊ boneroſam debet p cōfessionē purgari. ⁊ semp est tenenda secura sine timore alicuius liuoris vel rancoris. qz ꝓscientiā ampuroſāvel ampuloſam ⁊ liuoroſā bō tenet placare p primoz satisfactionem Ergo esse in timore ꝓprie cōfidentie tutuz est. ⁊ nunq̄ esse secuz. qz beatus bō qui sic sp est pauidus. Et btūs cui donatū est habere timorē dñi. sz non est tutū esse in timore proprie ꝓscientie. modo quo dicebat apo. nihil mihi ꝓscius sū Similiter est tutū. quia secura mens quasi iuge conuiuiū

Ad tertiā est dicendū ꝙ Augl. xviij. de ciui. dei. c xiij. expresse dicit socios Dyo/ medis fuisse ꝓuersos in aues cū in illa insula nō erāt aues ille. illis qui erāt ibi de stirpe grecoz quiete erant ⁊ blandiebant. alijs vero erant quiete. Dicit etiā ibi ꝙ quedā gentes transeuntes quoddā stagnuz conuerse sunt in lupos ⁊ post modum reformabantur in homines. Narrat similiter ibi arte magica quarundam mulierum homines fuisse cōuersos in asinos per esū caſei qui onera portabant ⁊ finito opere redíebant ⁊ fiebant homines. In legenda etiam sancti Ilda chariꝭ inuenitur operatiōe cuiusdam magi vxorem cuiusdā fuisse conuersam in equā quā ducens in cellam beati Ilda/ chariꝭ facto per eum super eā signo crucis ⁊ oleo sancto peructa visam ab omnibus hominibus vt esset mulier sicut prius

Nunq̄ tamen hec dicerent sancti vel philozophi. Ad sensum videmus sensus nostros posse l udificari. Et quod n est esse videatur.

Multa nanq̄ freneticis vidētur ꝓpter mutationē sensuum vel organorū vel que sūt sicu

eis videntur vel saltim alijs ſi
videtur ſicut eis. ſimiliter ſi re
mus ponatur in aqua videt
nobis ꝙ ſit fractus. qz videtur
per duplex medium. ſed ſi ho
mo apponeret oculum iuxta
aquam ⁊ ſolū videret ꝑ vnuꝫ
medium non videret ſibi eſſe
niſi ſicut eſt ad ſenſum. Simi
liter vidē? ad ſenſū ꝙ ẏſtrio
nes ⁊ ioculatores ex leuitate
manuum vt ipſimet teſtifican
tur multa monſtrant videnti
bus que ſicut apparent non
ſunt. nec ſūt talia qualia apa
rent. Multo ērgo magis de
mones qui vigent ſubtilitate
nature ⁊ acumine intellectus
⁊ experientia temporis poſſūt
coniungendo actua paſſiuis
noſtros ſenſus ludificare vt ta
lia nobis apareant qualia nō
ſunt. ⁊ hoc quatuor modis

Primo ꝑ ſenſuū vmtatio
nem. Jta. n. poſſūt ſenſus no
ſtros naturali caloꝛe ad inte
riora reuocato ſic ſopire ⁊ ſic
imutare vt nobis videat eſſe
illud quod non eſt. Scō per
viſibiliū variatiōz. qz poſſūt
viſibilia ſic variare ⁊ tranſmu
tare vt nobis apareāt qualia
non ſoleant. Si. n. poteſt co
lūba collū ſuum ſic voluere ⁊
variare ꝙ videtur eſſe alter
⁊ alterius coloꝛis multo foꝛti
bon? vel malus angelus hoc
poteſt. Tertio per mediū colo
ratione. quia pōt medium per
quod videmus varijs coloꝛi
bus colozare ratione cui? illa
nobis aparent que nō ſunt ta
lia qualia vobis videnť. Si
cut ſol qñq; videtur nobis ru
beus vel luna ꝓpter vapoꝛes
exiſtentes in medio. Quanto
hoc poteſt contingere propter
ipſoꝛū demonū operationem
qz poſſunt preſonas quas ſic
volūt tranſformare cū aliquo
remoto loco ſeruare ⁊ ſenſus
eoꝛum ſopire vt eis videantur
eſſe aues vel equi vt formam
vel ſpeciē taliū animaliū alij
demones poſſunt aſſumere af
fectibus ſociorū ⁊ familiariuꝫ
p̄dictaꝝ ꝑſonaꝝ ſe demōſtra
re vt videantur eis ꝙ ille ꝑſone
in ſpecies taliū animaliū ſint
conuerſe

D quartā eſt dicendū ꝙ
Bern. in omel. ſup miſ
ſus eſt. tria ſingularia dicit fu
iſſe in btā virgine ꝓpter que
triplicē gratiā apud deū inue
nit. Primo ſingulare būilita
tē. licet. n. vt ait. ꝗgo btā deo
placeret ꝗginitate ⁊ būilitate.

ꝙ tamen virginitas eius esset placita hoc eius humilitas fecit.

Secundo singularem potestatem. quia licet per naturā ipsa fuerit inferior angelis per gratiam tamen accepit dominium potestatis super omnes angelos tā bonos ꝙ malos Et quia superioris est inferioribus imperare. ad preceptū ⁊ imperiū virginis demones ⁊ angeli mali compescūtur ne nobis noceant. Et angeli boni ad eius imperiū ad nostrū adiutoriuꝫ. ita vt de omni tribulatione ⁊ mortis periculo eius protectione semper liberemur.

Tertio singularem pietatē Quamuis enim inquantum femina virgo naturaliter fuerit pia ⁊ plena misericordia eo ꝙ femie senes ⁊ pueri ꝑ philosophuꝫ naturaliter sunt cōpassiui. licet non ex eadem cā ꝙ pueri hoc habent ex eorum innocentia. senes quia volūt eis alios compati. femine vero per molliciam complexiōis per gratiam tamen ⁊ per caritatez virgo beata singulariter fuit pia ⁊ compassiua. ꝓpter hoc ergo ista tria virgo beata triplicem gratiam pro omnibus apud deum singulariter inuenit. Nam per eius humilitatem inuenit dei ⁊ hominū pacis vnionem. Nam per eius potestatem inuenit mortis destructionem. ⁊ per eius pietatem inuenit vite reparationez Nam si semmo mollis ⁊ humilis frangit iram vt testatur sacra scriptura quotienscunq; a deo diuertimur nostris demeritis ⁊ sibi imutamur humilitas virginis nos sibi reconsiliat. ⁊ pacem iter deum ⁊ nos ipsa facit. Si vero mors nostra demonum insidijs fuerit conspirata. rogemus ipsam ⁊ duodecimmilia legiones angelorum in nostrum adiutoriuꝫ mittet. Si vita nostra spiritualis fuerit perdita. sua pietate ipsa nobis illuꝫ ostendit qui est via veritas ⁊ vita. hoc est ergo quod ait Bernhard? super isto passu. inuenisti gratiam apud deum. quā inquit stanti tender dei ⁊ hominū pacis vnionem. omnem mortis destructionez ⁊ vite reparationē

D quintam est dicendū ꝙ Origeñ. determinat hanc questionem super hunc passum Jouēisti gratiā apud

dcũ dicens ꝙ multi sancti patres patriarche ⁊ ꝓphete inuenerunt gratiam apud deum. Nam Moysi dictũ est Exo. xxxiij. Inuenisti.n.gratiã apꝰ me ⁊ teipm noui ex nomine. Per talẽ tamen modũ. vt ait virgo beata inuenit gratiam apud deum ꝑ quẽ nunꝯ aliqua creatura añ ipsaz vel post iuenire potuit. Nã gratia dei est ipse xp̃s. qz grã ⁊ veritas ꝑ ieſũ xp̃m facta est Jo.i. Jsta aũt grã bene ꝑ patres veteris testamenti fuit ꝓphetata ⁊ figurata. sed nõ corpaliter ⁊ generaliter generata. vñ Moyses de quo dictũ est ꝙ inuenit gratiã apud deũ petebat exo. supradicto.c. Si inueni gratiã in ꝯspectu tuo oñde mihi teipm ot videaz te manifeste. Cui rñsum est. Ego oñdam tibi omne bonũ. dicit ostendaz ⁊ non oñdo. Fuit ꝑ eos expectata ⁊ prestolata ⁊ nõ inuenta. bene.n. dicebant. Dñe prestolamur aduẽtũ tuũ vt cito venias. non ꝙ iã veniſſet. Similiter fuit ꝑ eos vehementer desiderata non tñ detenta. qz bene dicebant. veniet desideratus cunctis gentibus nõ tã desideratũ obtinuim⁹. Sed beata virgo gratiam ꝓphetatam ⁊ figuratam corpaliter generauit gratiam expectatã corporaliter pñtauit. ⁊ gratiã desideratam visibiliter omnib⁹ demõstrauit. Ergo ꝑ hũc modũ gratiã in ventre apud deũ ipsam gratiã corporaliter generare corporaliter presentare ⁊ omnibus visibiliter demonstrare fuit ꝓprium virgini gloriose non alicui sanctorum vel sanctarum.

Ecce cõcipies in vtero ⁊ paries filium.

Dicta certificatione angelice nunciatõis ex marie admiratione ⁊ ex angelica assecuratione. hic vt supra dicebatur certificatur annunciatio angelica ⁊ ipsius rei nunciate priculari expressione. nã ex superioribus dictis angelus virginẽ solũ attentã ⁊ benivolã fecerat ⁊ ipam in quãdã admirationẽ traxerat insistens circa laudem eius ⁊ magnificentiã eius. Sed nũc attenta facta ⁊ in admiratione posita rem quã vult nunciare sibi priculariter dicens. Ecce ꝯcipies in vtero ⁊ paries filiũ In quibus verbis duo facit

ꝛ sibi nũciat. Primo ꝯceptũ miraculosũ cũ ait. Ecce concipies i vtero. Scdo partũ gaudiosum ei adiungit. ꝛ paries filiũ. Fuit aũt ꝯceptus virgini nũciat? miraculosus triplici/ter. Primo ꝓpter temporis breuitatẽ. quã notat angelus vt glo. dicit cũ ait. Ecce. ac si diceret scelerter ꝛ i instãti fiet iste ꝯceptus in vtero tuo non ꝑ interualla tempoꝝ sicut fit in alijs mulierbus. Secũdo ꝓpter formatiue virtutis fecũ ditatem quã notat cũ dicit cõ cipies. glo. spũ sancto tunc fe cundante nõ homine opante Concipies ergo tu virgo ꝛ de tuo vtero. sed ꝯceptionẽ ipam non hõ sed spũs sanctus fecũ dabit ꝛ formabit. Tertio pro pter personalem mutationem quã notat cum dicit. in vtero. Nã non extra sed in vtero vir ginali ꝯceptus iste benedict? fuit dei filio ꝛ dei verbo per/sonaliter vnitus. Nũciauit ḡ ãgelus primo virgini ꝯceptũ miraculosum dicens. Ecce cõ cipies in vtero. Secundo nũ ciauit sibi partum gaudiosuz dicens. Et paries filiũ. Red/ditur eam aliqñ partus tristis ꝛ vituposus ex duob?. Pri/mo ex eius perditione. Nam sepe fetus bene ꝯcipitur. sed non paritur imo ꝑditur ante partũ vel in ipso ptu quod ex multis potest ꝯingere vt phi lozophus narrat in li. de ani malibus.

Secundo ex eius diminu/tione. quia dato ꝙ fetus per partum nascatur ꝛ non perda tur in partu vel ante partum nascitur tamen non filius sed monstruz aliquod. Nam fili? dicit similitudinem in natura cum pariente monstrum. vt si nascatur fetus habẽs duo ca/pita vel faciem ad modum ca nis ꝛ alia membra ad modũ hominis sicut qñdoqꝫ accidit non habet similitudinem cum pariente. Partus ḡ iste glo/riosus fuit ꝛ gaudiosus. quia sine perditione quod notauit angelus. quando dicit Et pa ries. Ac si diceret. nõ ꝑdes eũ añ ptũ. vel in ptu. sed pies si/ne aliqua ꝑditõe. Scdo fuit gaudiosus. qz sine diminutio ne. qđ notauit angelus cũ ad iunxit. simile tibi ꝛ oibus ho minib? in natura. qz debebit eũ ꝑ oia frib? sil'ari. filiũ inq̃t non monstrum sed forma spe/ciosum pre filijs hominum.

Sed hic possunt esse quinq dubitationes.

Prima vtrum beata virgo pariendo xp̃m fuerit natura ꝛ naturalis mater.

Secunda vtrum conceptū ꝛ incamatum ex maria virgine sit articulus fidei

Tertia vtrum cōcept⁹ masculinus citi⁹ formetur in vtero q̃ conceptus femineus.

Quarta vtrum extra vter conceptus femininus citius perficiatur q̃ masculinus.

Quinta vtrum conceptus semper assimulentur patri vel matri vel cui magis

Ad primam est dicendum q̃ sic fuit in xp̃i parturitione sicut in eius conceptiõe Quia materie administratio vnde corpus xp̃i formatū est naturalis fuit. vere namq; beata virgo materiam illam ꝛ substantiam illam ex qua sanctissimum xp̃i corpus formatum est administrauit sicut vera mater ꝛ naturalis. Sed illi⁹ corporis formatio non fuit naturalis. quia ad formationem illius corporis non fuit aliqua virtus humana sed diuina. Sic in parturitione. q̃ quantum ad loci nostri sanctissimū corpus exiuit determinationē Beata virgo pariēdo fuit vera ꝛ naturalis mater. quia vere corpus xp̃i in partu illo sanctissimo exiuit de vtero beate Marie ꝛ non aliunde portauit. sicut dicunt manichei dixerunt enim corpus illud de celo fuisse ablatum ꝛ transisse p vterum virginalē sicut radius solis transit per aerem vel per vitrum quantum ad vteri virginalis clausiõem partus talis non fuit naturalis. sed virtute deitatis operantis. q̃. n. ipsa pariendo virgo permansit apertiõem q̃ clausuri pudoris non sensit nec habuit. virtute deitatis est factum Et talem partum vt dicit Ambrosius decebat deum. in quo ostenderetur vera humanitas ꝛ vera deitas. Nam quia ille part⁹ de vtero mulieris exiuit verus homo esse ministrabat qui nascebatur. Sed q̃ clauso vtero virginali exiuit virginitate matris integraliter seruata monstrabatur esse verus deus. Vera ergo ꝛ naturalis mater fuit beata virgo in pariendo xp̃m quantum ad corporis exitum. sed non quantū ad exitus modum. quia virgo

fuit in partu ⁊ virgo ꝑmansit post partū. quod subterfugit modum nature.

D secundā est dicendū ꝙ xp̄m esse ꝯceptū ⁊ incarnatū ex virgine Maria est articulus fidei tam ꝑm symbolum apl̄oꝝ ꝙ ꝑm symbolū patrū. Nā in symbolo apl̄oꝝ dicatur. Conceptus est de spiritu sancto natus ex maria virgie. In symbolo vero patrū dicit. Qui ꝓpter nos hoies ⁊ ꝓp. no. salu. descen. de ce. ⁊ incar. est de spū sco ex ma. vir. ⁊ hō fact⁹ est. Sex ꝯponunt in symbolo patrū sub fidei articulo ꝑ que sex errores excludunt. ⁊ qui tunc pullulabant añ xp̄i incarnatione qñ illud symbolum fuit editū. Primū est pretia hominū sanatio. Secundum est legaliū exclusio. Tertium est dei filij ex virgine carnis assumptio. Quartum est corporis eius miraculosa formatio. Quintū est illius corporis vera cū hūano corpore assimulatio. Sextum est dei ⁊ hominis vera ꝓsonalis vnio Fuerunt. n. aliqui dicētes dei filiū esse incarnatū non solum ꝓpter nos hoies verū etiā ꝓpter demões damnatos liberandos ⁊ saluādos. Et hic excluditur ꝑ hoc quod p̄mittitur in articulo. qui ꝓpter nos homines. Aliqui vero dicebāt solam xp̄i incarnationē ⁊ passionē non sufficere ad nostrā salutem sine legaliū observatione ⁊ cōpletione. ⁊ hic error excludit ꝑ hoc quod addit. Et ꝓpter nostrā salutē. Aliqui aut dicebant dei filiū non descendisse ad terrā ꝑ carnis ex vtero virginali assumptionē sed magis xp̄m tanq̄ purū hominē existentē aliqua bona opa fuisse opatum in terris ex quib⁹ dicebant eū meruisse celū ascēdere. Et hic error excludit per hoc quod adiungit. Descēdit de celis. Aliqui vero dicebāt ꝑ opationem virilis seminis xp̄m in vtero beate Marie cōceptū fuisse ⁊ incarnatū. ⁊ hic error excludit ꝑ hoc quod annectit. Incarnatus est de spū sancto. Aliqui autez dicebant corpus xp̄i non fuisse verū corpus nec eiusdē nature cuz corpore hūano. ⁊ hic error excluditur cum dicitur. Ex Maria virgine. Sed aliqui dicebāt humanam naturam ꝓsonaliter non fuisse iunctam dei filio sed ipsi deitati. Sed ꝑ ipsum

dei filium fuisse habitatā mō quo inhabitat sanctos viros Ex quoꝝ dicto nō erat vez dicere. deus factꝰ est hō. sed magis. deus habitat hoiem. Et hic error excludit. qz vltō ponitur. Et hō factus est. Ergo quantū ad hominū precisā saluationē dicit ꝓpter nos hoies Quantū vero ad legaliū expulsionē dicit. et ꝓpter nostraz salutē. Quantū vero ad dei filium carnis assumptionē addit. Descendit de celis. Quātū aūt ad corpis eius miraculosam formationē dicit. Et incarnatus est de spū scō. Quātū vero ad nostre nature verazs assimulationē addit. Ex maria virgine. Sed ad dei et hominis psonalē vnionē subdit Et hō factus est. Omnia ēm ista vt dictū est sub dei articulo clauduntur.

D tertiā est dicendum ꝙ pbs. ix. libro de animalibus quatuor rōnibus ꝓbat ꝙ masculus in vtero citius formatur et citius complet ꝙ femina.

Prima ratio sumitur ex loci aptitudine.

Secunda ex agentis fortitudine.

Tertia ex qualitatis spissitudine.

Quarta ex permixte quantitatis magnitudine.

Formatur. n. ꝫm pbm ibi vt in plurib⁹ masculus in dextera parte matricis et femia in sinistra. vñ ait ꝙ si fuerit impregnatio masculi apparebit mot⁹ lactis in mamilla dextera. si vero femine appebit motus lactis in mamilla sinistra quod est intelligēdū vt in plurib⁹ quia aliqñ ꝓtingit contrariuz. Cū ḡ dextera pars sit calidior et aptior sinistra et calidi sit digerere et maturare et citius opari ꝙ frigidi formabitur in vtero ex ista causa masculus ꝙ femina citius.

Secunda ratio est ista. nā femia generatur ex debilitate agētis et ex defectu virtutis formatiue. qz cum semen emissuz ab agente fuit calidum et forte generabit masculus eo ꝙ natura intendit semp quod nobilius est et semp intendit assimulare sibi passum. Sed cuz fuerit debile et frigidum. quia nō potest in generationē et informationem masculi facit ꝙ potest et generat formā. quia ergo agens forte et potens ci

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE